

MA

I

P

N

N

Bob

NE

M

s

SS

III

N

Marel

etatio

Filijs

iplina

bus

Dev

LL

æ, Ir

entum

TO

AG



PERILLVSTRIBVS ac MA

D. DOMI

ET

CHRISTOP

DE ŁUBN

POŁVBIN

Voicovicensi & Bob

CAPITANE

ALEXANDRO M.

MAIORIS

ILLVSTRISS

ALEXANDRI HII

POŁVBIN

Supremi M. D. L. Maref

Magnæ spei ac expectatio

Vnice dilectis Filijs

In Exteris Nationibus, Bonitati, Disciplinæ

Sedulam operam dantibus

Hæ Orationes Sacræ & Dev

Ab ipsomet piæ memoriæ MARESCHALL


in unum congestæ, & ad Typum datæ, In

emolumentū, horum devotionis documentum

ad illas excitamentum

SACRÆ SVNTO

2. Libris
Plizien
Possesorka tey Xiaszki
Zofia SLIZNIOWA.



orantes petetis, cre-
scipietis, & eveniet
is. Marci 11.

moderatio; Superbiae sedatio atq; repres-
sum tenacis memoriae expurgatio; Invidiae
sublatio; Impietatis correctio, Re-
s; Fons salutis, Confidentiae Thesaurus; Lu-
tenebris sedent; portus liberans tempestate;
egritudinis molestia; Clypeus liberationis
litta acuta contra inimicos; omnium Spi-
rum Virtutum scaturigo; Gratiarum divina-
rix. Reorum & causam dicentium Patrona;
ac victorum relaxatio. Fatigantium requies;
consolatio, Gaudentium animi delectatio;
Funus. S. Chrys. Lib. 2do Orat.

Qui fingit sacros auro, vel marmore vultus

Non facit ille DEOS qui rogat ille facit,

Martialis lib. 8. 24.



TABELLA TEMPORARIA

Anni Dni.	Literæ Domi:	Aureus numerg.	Epactæ.	Septua- gesima.	Dies. Cinerū	Pascha.
1677	C	6	XXVI	14 Feb.	3 Mar.	18 Apr.
1678	B	7	VII	5 Feb.	23 Feb.	10 Apr.
1679	A	8	XVIII	29 Ian.	15 Feb.	2 Apr.
1680	GF	9	XXIX	18 Feb.	6 Mar.	21 Apr.
1681	E	10	X	2 Feb.	19 Feb.	6 Apr.
1682	D	11	XXI	25 Ian.	11 Feb.	29 Mar.
1683	C	12	II	14 Feb.	3 Mar.	18 Apr.
1684	BA	13	XIII	30 Ian.	16 Feb.	2 Apr.
1685	G	14	XXIV	18 Feb.	7 Mar.	12 Apr.
1686	F	15	V	10 Feb.	27 Feb.	14 Apr.
1687	E	16	XVI	26 Ian.	12 Feb.	30 Mar.
1688	DC	17	XXVII	15 Feb.	3 Mar.	18 Apr.
1689	B	18	VIII	6 Feb.	23 Feb.	10 Apr.
1690	A	19	XIX	22 Ian.	8 Feb.	26 Mar.
1691	G	1	I	11 Feb.	28 Feb.	15 Apr.
1692	FE	2	XII	3 Feb.	20 Feb.	6 Apr.
1693	D	3	XXIII	18 Ian.	4 Feb.	22 Mar.
1694	C	4	IV	7 Feb.	24 Feb.	11 Apr.
1695	B	5	XV	30 Ian.	16 Feb.	3 Apr.
1696	AG	6	XXVI	19 Feb.	7 Mar.	22 Apr.
1697	F	7	VII	3 Feb.	20 Feb.	7 Apr.
1698	E	8	XXVIII	26 Ian.	12 Feb.	30 Mar.
1699	D	9	XXIX	15 Feb.	4 Mar.	19 Apr.
1700	C Nō Bisi. xt.	10	IX	7 Feb.	24 Feb.	11 Apr.
1701	B	11	XX	23 Ian.	9 Feb.	27 Mar.
1702	A	12	I	12 Feb.	1 Mar.	16 Apr.
1703	G	13	XII	4 Feb.	21 Feb.	8 Apr.
1704	FE	14	XXIII	20 Ian.	6 Feb.	23 Mar.
1705	D	15	IIII	8 Feb.	25 Feb.	12 Apr.
1706	C	16	XV	31 Ian.	17 Feb.	4 Apr.
1707	B	17	XXVI	20 Feb.	9 Mar.	24 Apr.
1708	AG	18	VII	5 Feb.	22 Feb.	8 Apr.
1709	F	19	XXVIII	27 Ian.	13 Feb.	31 Mar.
1710	E	1	*	16 Feb.	5 Mar.	20 Apr.
1711	D	2	XI	1 Feb.	18 Feb.	5 Apr.
1712	CB	3	XXII	24 Ian.	10 Feb.	27 Mar.
1713	A	4	III	12 Feb.	1 Mar.	16 Apr.
1714	G	5	XIV	28 Ian.	14 Feb.	1 Apr.
1715	F	6	XXV	17 Ian.	6 Mar.	21 Apr.
1716	ED	7	VI	9 Feb.	25 Feb.	12 Apr.
1717	C	8	XVII	14 Ian.	10 Feb.	28 Mar.
1718	B	9	XXVIII	15 Feb.	2 Mar.	17 Apr.
1719	A	10	IX	5 Feb.	22 Feb.	9 Apr.
1720	GF	11	XX	28 Ian.	14 Feb.	31 Mar.

DE EPACTIS ET NOvilunijs. contingerentq; uno die tardius

Epacta nihil aliud est, quam numerus 11. dierum, quibus annus solaris communis dierum 365. annum comunem lunarem diem 354 superat: ita, ut Epacta primi anni sit 11, cum hoc numero annus solaris communis, lunarem annum comunem excedat: atque adeo sequenti anno novilunia contingant 11 diebus prius, quam anno primo. Ex quo fit, Epacta secundi anni esse 22, cum eo anno rursus annus solaris lunarem annum superet 11 diebus, qui additi ad 11 dies primi anni, efficiunt 22, ac proinde finito hoc anno novilunia contingere 22 diebus prius, quam primo anno. Epactam autem tertii anni esse 3; quia si rursus 11 dies ad 22 adijciantur, efficietur numerus 33; a quo si rejiciantur 30 dies, qui unam lunationem Embolismale constituunt relinquuntur 3. atque ita deinceps. Progrediuntur enim Epactae omnes per continuum augmentum 11 dierum, abjectis tamen 30, quando rejici possunt. Solum quando perventum erit ad ultimam Epactam aureo numero 19 respondetem, quae est 29, adduntur 12, ut abjectis 30. ex composito numero 41. habeatur rursus Epacta 11. ut in principio. Quod ideo fit, ut ultima lunatio Embolismica, currente aureo numero 19, sit tantum 29 dierum. Si enim 30 dies contineret, ut aliae sex lunatione Embolismicae, non redirent novilunia post 19 annos solares ad eosdem dies, sed versus calcem mensium prolaberentur

quam ante 19 annos. De qua re plura invenies in libro novae rationis restituendi Kalendarij Romani.

DE INDICTIONE.

Indictio est revolutio 15 annorum ab 1. usque ad 15. qua revoluzione peracta iterum reditur ad unitatem, initiumq; sumit quilibet annus hujus cycli a Ianuario in Bullis Pontificijs, sicut de cyclo decenovenali Aurei numeri scriptum est. Et quoniam indictionum frequens usus est in Diplomatis, & scripturis publicis, facile annum Indictionis currentem, quolibet anno proposito inveniemus, ex sequenti tabella, cuius usus perpetuus est: initium tamen sumit ab anno correctionis 1582.

Tabella indictionis ab anno correctionis

1582.						
10.	11.	12.	13.	14.	15.	1.
2.	3.	4.	5.6	7.	8.	9.

Nam si anno 1582. tribuas primum numerum, qui est decem & sequenti anno 1583. secundum numerum, qui est 11 & sic deinceps usque ad annum propositum, redeundo ad principium tabellae quotiescunque eam percurreris cadet annus propositus in Indictionem quae quaeritur. De anno & ejus partibus.

Annus menses habet duodecim, hebdomadas duas & quinquaginta & diem unum; dies vero trecentos sexaginta quinque; & fere sex horas: tanto enim temporis intervallo sol Zodiacum perlustrat. Quater autem sex horae singulis quaternis annis diem compositum: hinc annus ille intercalaris, Bissexus, vel Bissextilis dicitur.

De Anni correctione, ejusque ne-

cessitate ac Kalendario Gregoriano. Quod dictū est, ānū cōtinere tre- cētōs & sexaginta quinq; dies, & ferē sex horas; intelligēdū est, sex horas nō esse integras; cū ad earū cōplemētū aliqua minuta deficiāt. Ex quorum minorum neglectu progressū est, ac si annū ultra dies 365 contineret integras sex horas; & factum est, ut minuta, quæ ultra debitam quantitātē annis singulis tribuebantur, tractu temporis ita excreverint, ut invicem juncta cōstituerint dies decem, qui causam dederunt ut Æquinoctium vernū sedem suam mutaverit.

Cui malo occurrēs Gregorius XIII nō solū Æquinoctiū vernū restituit in pristinā sedē, à qua jam à Cōcilio Nicæno, decem circiter diebus in āno correctionis 1582. præcedēdo, recesserat, quod à concilio ad XII Kalend: Aprilis fuerat constitutum; & XIV Lunā Paschalē suo ī loco reposuit; sed viā quoq; tradidit, & rationem, quā cavetur, ut in posterum & Æquinoctium vernū & XIV luna paschalis a proprijs sedibus nūqua removerentur.

Ut enim æquinoctiū vernū ad XII Kal: Aprilis restitueretur, statuit, ut dicti decē dies in mense Octobris ipsi 9 anni 1582 eximerētur, ut post quartā diē Octob: S. Frāncisco Sacra, sequens dies nō esset 31, sed 15. Oct. Et ita error, qui ī præteritū tot ānorū circulis irrepresentat, ī momēto tēporis fuit correctus. Ut autē in posterū idem error vitaretur, ne à 12. Kalen: Aprilis Æquinoctiū vernū recederet, statuit idē Gregorius, Bissextum 4to quoq; āno (uti mos est) cōtinuari debere,

præterquā in 100 ānis, qui quāvis Bissextiles ātea sēper fuerit, qualē etiā esse voluit ānū 1600, āno correctionis proximū, post eū tamen, qui deiceps cōsequenter, cētesimi nō omnes Bissextiles essēt, sed inquadringentis quibusq; ānis, primi quiq; tres centesimi sine Bissextō trāfigerētur; 4tus verò quisq; cētesimū esset Bissextilis, ita ut ānū 1700 1800. 1900. Biff: nō sint. Año verò 2000 more cōsveto dies Bissextus intercaletur, Febr: dies 29 cōtinēte, idēq; ordo intermittēdi, intercalādiq; Bissextū diē in quadrigētis quibusque ānis perpetuò cōservaretur.

Ex quot diebus constet unusquisq; mensis.
Triginta Aprilis, Iunij septemq; novēq; Vno plus alij; viginti Februus octo:
At si bissextus fuerit, superadditur unus,
Et tunc Bissextō Marti conscribere Kalēdas
De numero Nonarū ac idūū singulorū mēsiū.
Sex Majus nonas, October, Iulius & Mars;
quatuor at reliqui; dabit idq; quilibet octo.
Et notandum, primò quoq; diē mensis dicendū, Kalēdi; quinto, Nonis; decimo tertio, Idibus, ubi nonas quatuor: ubi vero sex, septimo, nonis; decimo quinto, idibus in casu sexto. Reliquis autem diebus, pridie, tertio, quarto kalēdas, aut nonas, aut Idus in casu quarto retrorsū numerādo usq; ad eum diē, quo aut kalēdis, aut nonis aut Idibus dicimus, quod apud probatissimos quosque licet intueri.

Quando inchoatur Adventus Domini
Adventus Dñi inchoatur Lūca proximiori festo s. Andrea; vel ipsa diē s. Andrea, si in Dominica venerit.

Quatuor Tempora.
Quatuor tēpora celebrantur quartā, & sextā feriā, ac sabbato post tertiā Dñicam Adventū. Post primā Dñicam Quadragesimæ. Post tē recoliē. Post Festū Exaltationis s. Crucis.
Nuptie iuxta Decretum Concilij Tridentini.
A Lūca prima Adventū, usque in diē Epiphaniæ; Et à feria quartā Cinerū, usq; in Octāva Paschatis inclusive; s. s. nōdō solemnitates nuptiarū prohibet; In alijs vero tēporib; nuptias solemniter celebrari permittit.

IANUARIUS habet dies 31. Luna verò 29.



A	1	CIRCUMCISIO DOMINI Nostri IESU Christi.
b	2	Octava Sancti Stephani.
c	3	Octava Sancti Ioannis.
d	4	Octava Sanctorum Innocentium.
e	5	Thelesphori Papæ. <i>Vigilia.</i>
f	6	EPIPHANIA DOMINI.
g	7	Cleti Martyris.
A	8	
b	9	
c	10	
d	11	Hygini Papæ & Martyris.
e	12	
f	13	
g	14	Hilarij Episcopi & confessoris.
A	15	Pauli primi eremitæ.
b	16	Marcelli Papæ & Mart:
c	17	<i>Antonij Abbatis.</i>
d	18	<i>Cathædra Sancti Petri Romæ.</i>
e	19	Canuti Regis Martyris.
f	20	Fabiani & Sebastiani Mart:
g	21	Agnæ Virginis & Martyris.
A	22	Vincentij & Anastasij Martyrum.
b	23	Raymundi de Pegnafort confess.
c	24	Timothei Episcopi & martyris.
d	25	<i>Conversio Sancti Pauli Apostoli.</i>
e	26	Polycarpi Episcopi & martyris.
f	27	<i>Ioannis Chryostomi Episcopi & confessoris & Eccl. Doct:</i>
g	28	Agnæ secundò.
A	29	Francisci Salesij Episcopi & confessoris.
b	30	Martinæ Virginis & martyris.
c	31	Petri Nolasci confessoris.

FEBRUARIUS Habet dies 28. Luna verò 29.



d	1	Ignatij Episcopi & martyris.
e	2	PURIFICATIO B. MARIÆ Virginis.
f	3	Blasij Episcopi & Martyris.
g	4	Andreas Corfini Episcopi & confessoris.
A	5	Agathæ Virginis & martyris.
b	6	Dorotheæ Virginis & martyris P. R. P.
c	7	Romualdi Abbatis confess.
d	8	
e	9	Appolloniæ Virginis & martyris.
f	10	
g	11	
A	12	
b	13	
c	14	Valentini Presbyteri & martyris.
d	15	Faustini & Iovitæ martyrum.
e	16	
f	17	
g	18	Simeonis Episcopi & martyris.
A	19	
b	20	
c	21	
d	22	<i>Cathedra Sancti Petri Antiochia.</i>
e	23	<i>Vigilia.</i>
f	24	MATHIÆ APOSTOLI. sed in anno bissextili 25.
g	25	
A	26	
b	27	
c	28	

In anno bissextili Februarij est dierum 29. & festum S. Mathiæ celebratur die 25 Febr: & bi dicitur 6to Calen: id est die 24ta & die 25ta; & litera Dñicalis quæ assumpta fuit in mente Ianuario, mutatur in præcedentem sicut in Ianuario litera Dñicalis fuit A, mutatur in præcedentem, quæ est g & c. & litera f bis servit, 24, & 25.

MARTIUS Habet dies 31. Luna verò 29.



d	1	
e	2	
f	3	
g	4	CASIMIRI Confessoris R. P. & M. D. L. Patr.
A	5	Translatio Sancti Vencellai martyris Patroni R. P.
b	6	
c	7	Thomæ de Aquino confessoris & Eccl: Doct:
d	8	
e	9	Franciscæ Romanæ viduæ.
f	10	Quadragesima Martyrum.
g	11	
A	12	Gregorij Papa & confessoris & Eccl: Doct:
b	13	
c	14	
d	15	
e	16	
f	17	Patritij Episcopi & confessoris.
g	18	Alexandri Episcopi.
A	19	IOSEPHI confessoris Sponsi B. V. M.
b	20	Ioachimi confessoris Patris Dominæ nostræ.
c	21	Benedicti Abbatis.
d	22	
e	23	Catharinæ Vastenenfis P. R. S.
f	24	
g	25	ANNUNTIATIO B. MARLÆ Virginis.
A	26	
b	27	
c	28	
d	29	
e	30	
f	31	

APRILIS Habet dies 30. Luna vero 29.



g
A
b
c
d
e
f
g
A
b
c
d
e
f
g
A
b
c
d
e
f
g
A
b
c
d
e
f
g
A

1
2
3
4
5
6
7
8
9
10
11
12
13
14
15
16
17
18
19
20
21
22
23
24
25
26
27
28
29
30

Francisci de Paula Confessoris.

Vincentij Ferrerij Episcopi Confessoris.

Leonis Papæ & confessoris.

Hermenegildi Regis & Martyris.

Tiburtij Valeriani & Maximi Mart:

Petri Diaconi.

Aniceti Papæ & Martyris.

Soteris & Caij Pontificum & Mart:

GEORGII martyris Patr: M.D. L.

Adalberti Episcopi & Mart: Patr. R. Pol.

Marci Evangelista.

Cleti & Marcellini Ponti: & Mart:

Vitalis martyris.

Petri Martyris.

Catharinæ Senensis Virginis.

MAIUS

MAIUS Habet dies 31. Luna verò 30.



b	1	PHILIPPI & IACOBI Apostolorum.
c	2	Athanasij Episcopi & confessoris.
d	3	INVENTIOS. CRUCIS & Alexandri Episc: conf:
e	4	Floriani M. Patroni Regni Poloniae.
f	5	
g	6	<i>Ioannis ante portam Latinam.</i>
A	7	STANISLAI Episcopi & Mart:
b	8	<i>Apparitio S. Michaelis Archangeli.</i>
c	9	Gregorij Nazianzeni Episcopi & Conf.
d	10	Gordiani & Epimachi Martyrum.
e	11	
f	12	Nerei, Achillei & Domitillæ Virg:
g	13	
A	14	Bonifacij Martyris.
b	15	
c	16	Ubaldi Episcopi & confessoris.
d	17	
e	18	Venantij Martyris.
f	19	Petri Cælestini Papæ & confes.
g	20	Bernardini Senensis confessoris.
A	21	
b	22	
c	23	
d	24	
e	25	Mariæ Magdalenæ de Pazzis Virg.
f	26	Philippi Nerij confessoris.
g	27	Ioannis Papæ & Martyris.
A	28	
b	29	
c	30	Felicis Papæ & Martyris.
d	31	Praxedis Virginis.

IUNIUS habet dies 30. Luna verò 29.



e	1	
f	2	Marcellini, Petri, atque Erasmi: Martyrum.
g	3	
A	4	
b	5	
c	6	Norberti Episcopi & confessoris.
d	7	
e	8	
f	9	Primi & Feliciani martyrum.
g	10	Margaritæ Reginae Scotiæ viduæ.
A	11	<i>Barnaba Apostoli.</i>
b	12	Basilidis, Cirini, Naboris &c. Martyrum.
c	13	Antonij de Padua confessoris.
d	14	Basilij magni Episcopi Confessoris & Eccl. Doct.
e	15	Viti, Modesti, atque Crescentiæ Mart:
f	16	
g	17	
A	18	Marci & Marcelliani Mart.
b	19	Bonifacij Mart: Ordinis Eremit: Camald:
c	20	Silverij Papæ & Martyris.
d	21	Aloylij Gonsagæ Confess: S. I.
e	22	Paulini Episcopi & Confes.
f	23	<i>Vigilia.</i>
g	24	NATIVITAS S. IOANNIS Baptistæ.
A	25	
b	26	Ioannis & Pauli Martyrum.
c	27	Ladislai Regis Conf:
d	28	Leonis Papæ & Confessoris.
e	29	PETRI & PAULI Apostolorum.
f	30	Commemoratio S. Pauli Apo:



g	1	
A	2	VISITATIO B. MARIÆ Virginis.
b	3	
c	4	Elisabeth Reginæ Portug. Viduæ.
d	5	
e	6	
f	7	
g	8	
A	9	
b	10	Septem Fratrum Martyrum.
c	11	Pij Papæ & Martyris.
d	12	Ioannis Gualberti Abbatis.
e	13	Margaritæ V. Mart. R. P. Patr.
f	14	Bonaventuræ Episcopi & confessoris. Eccl: Doct:
g	15	Henrici Imperatoris confessoris.
A	16	
b	17	Alexij Confessoris.
c	18	Symphorosæ cum septem filijs Mart:
d	19	Iustinæ & Rufinæ VV. mm.
e	20	Margaritæ Virginis & martyris.
f	21	Praxedis Virginis.
g	22	MARIÆ MAGDALENÆ.
A	23	Apolinaris Episcopi & martyris.
b	24	Christinæ Virginis & martyris. <i>Vigilia.</i>
c	25	IACOBI APOSTOLI.
d	26	ANNÆ MATRIS Beatæ MARIÆ.
e	27	Pantaleonis Martyris.
f	28	Nazarij, Celsi, & Victoris Martyrum.
g	29	Marthæ Virginis.
A	30	Abden & Sennen Martyrum.
b	31	Ignatij confessoris S. I. Fundatoris.

AUGUSTUS Habet dies 31. Luna verò 30.



c	1	Petri ad vincula.
d	2	Stephani Papæ & Martyris.
e	3	Inventio S. Stephani Protomartyris.
f	4	Dominici Confessoris.
g	5	Dedicatio Sanctæ Mariæ ad Nives.
A	6	Transfiguratio Domini.
b	7	Cajetani Confessoris.
c	8	Cyriaci, Largi, & Smaragdi Martyrum.
d	9	<i>Vigilia.</i>
e	10	LAURENTII Martyris.
f	11	Tiburtij & Susannæ Martyrum.
g	12	Claræ Virginis.
A	13	Hippolyti & Cassiani Martyrum.
b	14	Eusebij Confessoris. <i>Vigilia.</i>
c	15	ASSUMPTIO Beatæ MARIÆ Virginis.
d	16	Hyacinthi Confessoris.
e	17	
f	18	Agapiti Martyris.
g	19	
A	20	Bernardi Abbatis.
b	21	
c	22	Timothei, Hippolyti & Simphoriani Martyrum.
d	23	<i>Vigilia.</i>
e	24	BARTHOLOMÆI APOSTOLI.
f	25	Ludovici Regis Franciæ Confessoris.
g	26	Rosæ Limanæ Virginis.
A	27	
b	28	Augustini Episcopi Confessoris & Eccl: Doct:
c	29	Decollatio Sancti Ioannis Baptista.
d	30	Felicis & Adaucti Martyrum.
e	31	Raymundi Nonnati confessoris.

SEPTEM

SEPTEMBER habet dies 30. Luna verò 29.



f	1	Ægidij Abbatis.
g	2	
A	3	
b	4	
c	5	
d	6	
e	7	
f	8	NATIVITAS Beatæ MARIÆ Virginis.
g	9	Gorgonij Martyris.
A	10	Nicolai de Tolentino confessoris.
b	11	Proti & Hyacinthi Martyrum.
c	12	
d	13	
e	14	Exaltatio Sanctæ Crucis.
f	15	Nicomedis Martyris.
g	16	Cornelij & Cypriani Pont: & Mart:
A	17	Impressio Sacrorum stigmatum S. Francisci.
b	18	Thomæ de Villanova Episc: & confessoris.
c	19	Ianuarij Episcopi & Sociorum Martyrum.
d	20	Eustachij & Sociorum Martyrum. <i>Vigilia.</i>
e	21	MATTHÆI APOSTOLI & Evangelistæ.
f	22	Mauritij & Soc: Martyrum.
g	23	Lini Papæ & martyris.
A	24	
b	25	
c	26	Cypriani & Iustinæ Martyrum.
d	27	Cosmæ & Damiani Martyrum.
e	28	Vencellai Ducis Bohemiæ Martyris P. R. P.
f	29	DEDICATIO Sancti MICHAELIS Archangeli.
g	30	Hieronymi Presb. Conf: Eccl: Doct:

OCTOBER Habet dies 31. Luna verò 30.



A	1	Remigij Episcopi & Confessoris.
b	2	SS. Angelorum Custodum.
c	3	Francisci Borgiae confessoris S. I.
d	4	S. FRANCISCI Confessoris Fund: Min:
e	5	Placidi & sociorum Martyrum.
f	6	Brunonis Confessoris.
g	7	Birgittæ Viduæ P. R. S.
A	8	
b	9	Dionisij, Rustici, & Eleutherij M.M.
c	10	Festum Gratiar: pro victoria de Turcis.
d	11	
e	12	
f	13	
g	14	Callisti Papæ & Martyris.
A	15	Theresiæ V. Fund: & Matris Carmelit.
b	16	Hedvigis viduæ P. R. P.
c	17	
d	18	Luca Evangelistæ.
e	19	Petri de Alcantara confessoris.
f	20	Translatio S. Adalberti Episc: M. P. R. P.
g	21	Ursulæ & Soc: VV. Mm.
A	22	
b	23	
c	24	
d	25	Chrysanthi & Dariae Martyrum.
e	26	Evaristi Papæ & Martyris.
f	27	Vigilia.
g	28	SIMONIS & IUDÆ Apostolorum.
A	29	
b	30	
c	31	Vigilia.

NOVEMBER Habet dies 30. Luna verò 29.



d	1	OMNIUM SANCTORUM.
e	2	Commemoratio omnium fidelium defunct.
f	3	
g	4	Caroli Episcopi Confessoris.
A	5	
b	6	
c	7	
d	8	Quatuor Coronatorum martyrum.
e	9	Dedicatio Basilicæ Salvatoris.
f	10	Tryphonis, Respicij, & Nymphæ Mart:
g	11	MARTINI EPISCOPI & confessoris.
A	12	B. Iosaphat Episcopi M. P. M. D. L.
b	13	
c	14	B. Sstaniislai Kostka S. I. Principalis P. R. P. & M. D.
d	15	L. Dncâ proximâ post 13. Novembris.
e	16	
f	17	Salomeæ V. Reginae Haliciæ Patr: Pol:
g	18	Dedicatio Basilicarum Petri & Pauli
A	19	Elisabetæ Viduæ Reginae Hung: P. R. P.
b	20	
c	21	<i>Præsentatio Beatae Mariæ Virginis.</i>
d	22	Cæciliæ Virginis & Martyris.
e	23	Clementis Papæ & Martyris.
f	24	Chryfogoni Martyris.
g	25	CATHARINÆ Virginis & Martyris.
A	26	Petri Alexandrini Episcopi & Martyris.
b	27	
c	28	
d	29	Saturnini martyris. <i>Vigilia.</i>
e	30	ANDREÆ APOSTOLI.

DECEMBER Habet dies 31. Luna verò 30.



f	1	
g	2	Bibianæ Virginis & Martyris.
A	3	Francisci Xaverij confessoris Indiar: Apostoli.
b	4	Barbaræ Virginis & Martyris P. R. P.
c	5	Sabbæ Abbatis.
d	6	NICOLAI EPISCOPI & conf: P. M. D. L.
e	7	<i>Ambrosij Episcopi & confess: Eccl: Doct:</i>
f	8	CONCEPTIO Beatæ MARIÆ Virginis.
g	9	
A	10	Melchiadis Papæ & Martyris.
b	11	Damasi Papæ & confessoris.
c	12	
d	13	Luciæ Virginis & Martyris.
e	14	
f	15	Eusebij Vercellensis Episcopi & Martyris.
g	16	
A	17	
b	18	
c	19	
d	20	<i>Vigilia.</i>
e	21	THOMÆ APOSTOLI.
f	22	
g	23	
A	24	<i>Vigilia.</i>
b	25	NATIVITAS Domini N. IESU Christi.
c	26	STEPHANI Protomartyris.
d	27	IOANNIS APOSTOLI & Evangelistæ.
e	28	SS. Innocentium Martyrum.
f	29	Thomæ Cantuariensis Episcopi.
g	30	
A	31	Sylvestri Papæ & confessoris.

INSTI

Institutiones Christianæ.

INSTITUTIO

Christiana.

Symbolum Apostolicum.

Credo in Deum, Patrem omnipotentem, Creatorem cæli, & terræ. Et in IESVM Christum filium ejus unicum, Dominum nostrum: qui conceptus est de Spiritu Sancto, natus ex MARIA Virgine: passus sub Pontio Pilato, crucifixus, mortuus, & sepultus: descendit ad inferos, tertia die resurrexit à mortuis: ascendit ad cælos, sedet ad dexteram DEI Patris omnipotentis: inde venturus est judicare vivos, & mortuos. Credo in Spiritum Sanctum, Sanctam Ecclesiam Catholicam: Sanctorum communionem: Remissionem peccatorum: carnis resurrectionem: & vitam æternam. Amen.

Oratio Dominicalis.

Pater noster, qui es in cælis: Sanctificetur nomen tuum: adveniat regnum tuum: fiat voluntas tua, sicut in cælo & in terra. Panem nostrum quotidianum da nobis hodie, & dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris: & ne nos inducas in tentationem: sed libera nos à malo, Amen.

Salutatio Angelica.

AVE MARIA, gratiâ plena, Dominus tecum, benedicta tu in mulieribus, & benedictus fructus ventris tui IESVS. Sancta MARIA Mater DEI ora pro nobis peccatoribus, nunc, & in hora mortis nostræ, Amen.

Decem Dei Præcepta, quæ in decalogo continentur.

Egosum Dominus DEVS Tuus: Qui eduxi Te de Terra Ægypti, de Domo servitutis.

1. Non habebis Deos alienos coram me.
2. Non assumes nomen Domini DEI tui in vanum. Non enim habebit insonantem Dominus eum, qui assumpserit nomen Domini DEI sui frustra.
3. Memento ut diem Sabbati Sanctifices.
4. Honora Patrem tuum & Matrem tuam.
5. Non occides.
6. Non Mœchaberis.
7. Non furtum facies.
8. Non loqueris contra proximum tuum falsum testimonium.
9. Non concupisces domum proximi tui,
10. Nec desiderabis uxorem ejus, non servum, non ancillam, non bovem, non asinam, nec omnia, quæ illius sunt.

Septem Ecclesiæ Catholicæ Sacramenta.

Baptismus, Confirmatio, Eucharistia, Pœnitentia, Extrema unctio, Ordo, Matrimonium.

Virtutes Theologicæ.

Fides, Spes, Caritas.

Virtutes Cardinales.

Prudentia, Temperantia, Iustitia, Fortitudo.

Dona Spiritus Sancti.

Charitas, Gaudium, Pax, Patientia, Benignitas, Bonitas, Longanimitas, Mansuetudo, Fides, Modestia, Continentia, Castitas.

Præcepta Charitatis.

Diliges Dominum DEVM tuum ex toto corde tuo, & in tota anima tua, & in tota mente tua.

Diliges proximum tuum sicut te ipsum.

Præcepta Ecclesiæ.

Statutos Ecclesiæ festos dies, ab operibus servilibus abstinendo, celebrare.

Sacrum Missæ officium diebus festis reverenter audire.

Quadragesimâ, Quatuor anni Temporibus, & Vigilijs, secundum morem Ecclesiæ, jejuna-
re; feriâ sextâ, & Sabbato, à carnibus abstinere.

Peccata Sacerdoti approbato confiteri & Sacrosanctam Eucharistiam, circa festum Paschæ
sumere, idque saltem semel in anno.

Opera misericordie Spirituality.

Docere ignorantem,

Consilio juvare indigentem,

Corrigere peccantem,

Consolari afflictum.

Ordo Sacrificij Missæ.

Ferre patienter injurias,
Remittere offensam,

Orare pro vivis & defunctis, ac pro per-
sequentibus.

Temporalia.

Pascere ignorantem,
Porare esurientem,
Colligere hospitem,

Visitare infirmum, & in carcere detentum,
Redimere captivum,
Sepelire mortuum.

Operire nudum,

Beatitudines.

Beati pauperes Spiritu: quoniam ipsorum est regnum cælorum.
Beati mites: quoniam ipsi possidebunt terram.
Beati qui lugent: quoniam ipsi consolabuntur.
Beati qui esuriunt & sitiunt justitiam: quoniam ipsi saturabuntur.
Beati misericordes: quoniam ipsi misericordiam consequentur.
Beati pacifici: quoniam filij DEI vocabuntur.
Beati qui persecutionem patiuntur propter justitiam: quoniam ipsorum est regnū cælorū.

Quinque sensus corporis.

Visus, Auditus, Odoratus, Gustus, Tactus.

Septem peccata capitalia, que communiter mortalia appellantur.

Superbia, Avaritia, Luxuria, Invidia, Gula, Ira, Acedia.

Quatuor novissima memoranda.

Mors, Judicium extremum, Infernus, Regnum cælorum.

ORDO SACRIFICII MISSÆ.

S. In nomine Patris & Filij & Spiritus Sancti, Amen.

- S. Introibo ad altare Dei. M. Ad Deum qui lætificat juventutē meā.
S. Iudica me Deus, & discerne causam meam; de gente non sancta, ab homine iniquo & doloso erue me.
M. Quia tu es Deus fortitudo mea: quare me repulisti, & quare tristis incedo, dum affligit me inimicus.
S. Emitte lucem tuam, & veritatem tuam: ipsa me deduxerunt & adduxerunt in montem sanctum tuum, & in tabernacula tua.
M. Et introibo ad altare Dei, ad Deum qui lætificat juventutem meā.
S. Confitebor tibi in cithara Deus, Deus meus, quare tristis es anima mea, & quare conturbas me?
M. Spera in Deo, quoniam adhuc confitebor illi, salutare vultus mei, & Deus meus.
S. Gloria Patri, & Filio, & Spiritui Sancto:
M. Sicut erat in principio, & nunc, & semper, & in sæcula sæculorū, A.
S. Introibo ad altare Dei. M. Ad Deum qui lætificat juventutem meā.
S. Adjutorium nostrum in nomine Domini.
M. Qui fecit cælum & terram.
S. Confiteor Deo omnipotenti, &c.
M. Misereatur tui omnipotens Deus, & dimissis peccatis tuis, perducat te ad vitam æternam. S. Amen.
M. Confiteor Deo omnipotenti, Beatæ Mariæ semper Virgini, Beato Michæli Archangelo, Beato Ioanni Baptistæ, Sanctis Apostolis Petro & Paulo, omnibus sanctis, & tibi Pater: quia peccavi nimis cogitatione, verbo & opere. Mea culpa, mea culpa, mea maxima culpa. Ideo precor Beatam Mariam semper Virginem beatum Michæ-

Ordo Sacrificij Missæ.

élem Archangelum, beatum Ioannem Baptistam, Sanctos Aposto-
los Petrum & Paulum, omnes Sanctos & te Pater, orare pro me ad
Dominum Deum nostrum.

S. Misereatur vestri omnipotens, &c. M. Amen. S. Indulgentiam,
absolutionem, & remissionem peccatorum nostrorum tribuat no-
bis omnipotens & misericors Dominus. M. Amen.

S. Deus tu conversus vivificabis nos:

M. Et plebs tua lætabitur in te.

S. Ostende nobis Domine misericordiam tuam:

M. Et salutare tuum da nobis.

S. Domine exaudi orationem meam:

M. Et clamor meus ad te veniat.

S. Dominus vobiscum. M. Et cum Spiritu tuo.

Aufer à nobis quæsumus Domine, iniquitates nostras: ut ad Sancta
Sanctorum puris mereamur mentibus introire. Per Christum Domi-
num nostrum, Amen.

Kyrie eleison. *Kyrie eleison.* Kyrie eleison. *Christe eleison.*

Christe eleison. *Christe eleison.* Kyrie eleison. *Kyrie eleison.*

Kyrie eleison.

GLoria in excelsis Deo: et in terra pax hominibus bonæ volū-
tatis. Laudamus te, benedicimus te, Adoramus te, glorifica-
mus te. Gratias agimus tibi propter magnam gloriam tuam. Domi-
ne Deus Rex cælestis, Deus Pater omnipotens, Domine Fili unige-
nite Iesu Christe: Domine Deus, Agnus DEI, Filius Patris. Qui
tollis peccata mundi, miserere nobis: Qui tollis peccata mundi su-
scipe deprecationem nostram: Qui sedes ad dexteram Patris, mise-
rere nobis. Quoniam tu solus sanctus, tu solus Dominus, tu solus altis-
simus Iesu Christe, cum sancto Spiritu, in gloria DEI Patris, Amē.

TE Deum Patrem, ingenitum; te Filium Unigenitum; Te Spiri-
tum Sanctum Paraclitum; Sanctam & individuum Trinitatem
toto corde & ore confitemur, laudamus atque benedicimus. Glo-
ria Patri, qui creavit nos: Gloria Filio, qui redemit nos: Gloria Spi-
ritui Sancto, qui sanctificavit nos. Gloria summæ & individuae Tri-
nitati Deo nostro in sæcula sæculorum, Amen.

AD COLLECTAM.

OMnipotens sempiterne Deus, te suppliciter oramus, ut respi-
cere digneris de excelso Sanctuario tuo super congregationē
nostram; Ecclesiæque tuæ preces, pro nobis omnibus, ad te Sacer-
dotis huius ministerio destinatas, clementer acceptes, & exaudias.

Ideoque pro immensa tua misericordia largiaris nobis peccato-
rum nostrorum condonationem, veræ orthodoxæque religionis in-

Ordo Sacrificij Missæ.

crementum, flagrantiam charitatis ac pietatis omnis, in precatio-
ne, sinceram animi devotionem, tolerantiam in afflictionibus, in
spe gaudium. Et quidquid denique sive ad animæ, sive ad corporis
salutem confert, tuæque unius servit cumprimis gloriæ. Per Domi-
num nostrum IESUM Christum Filium tuum, qui tecum vivit &
regnat in unitate Spiritus Sæcti Deo per omnia sæcula sæculorū, A.

ad + pistolam.

O Pater cælestis, Domine cæli & terræ, qui nunquam desinis nos
indignos famulos tuos, publico Ecclesiæ tuæ ministerio, Apostoli-
cis, Prophetici que ac alijs hagiographicis, tum doctrinis tum ad-
hortationibus excitare, in fide confirmare, ad tui amorem atque cul-
tum justitiæ sincerum provocare, adversus denique scelerum tenta-
tionūque undas præmunire. Da, quæsumus, per spiritum tuum,
ut salutaria illorum dogmata ac monita omnes ex animo amplecta-
mur, & per omnem vitam ipsis etiam factis sedulò seriòque expri-
mamus, ad pium proximorum nostrorum exemplum, & animarum
nostrarum salutem.

*Cum ventum erit ad Evangelium, vide ut illud stans attentè percipias, &
principio frontem, labia & pectus signo crucis tibi consignes, illaque verba ex
corde proferas. Gloria tibi Domine.*

In fine autem subijcias Laus tibi Christe qui per te, ac Apostolos
tuos Evangelium orbi prædicare, ac incredulos veræ fidei luce illu-
strare dignatus es.

Symbolum Fidei integrè pronuntiandum.

Credo in unum DEUM Patrem Omnipotentem, factorem cæ-
li & terræ, visibilibus omnium & invisibilibus. Et in unum Do-
minum IESUM Christum, Filium DEI unigenitum. Et ex Patre
natum ante omnia sæcula. DEUM de Deo, lumen de lumine, Deum
verum, de Deo vero, genitum non factum, consubstantialem Patri,
per quem omnia facta sunt. Qui propter nos homines & propter
nostram salutem descendit de cælis (*hic genua flectes*) ET INCAR-
NATUS EST DE SPIRITU SANCTO EX MARIA VIRGINE,
& HOMO FACTUS EST. Crucifixus etiam pro nobis, sub Pontio
Pilato passus & sepultus est. Et resurrexit tertia die secundum scri-
pturas. & ascendit in cælum: sedet ad dexteram Patris. Et iterum ven-
turus est cum gloria judicare vivos & mortuos: cujus regni non
erit finis. Et in Spiritum Sanctum Dominum & vivificantem: qui ex
Patre filioque procedit. Qui cum Patre & filio simul adoratur &
conglorificatur: qui locutus est per Prophetas. Et unam Sanctam
Catholicam, & Apostolicam Ecclesiam. Confiteor unum Baptisma
in remissionem peccatorum. Et expecto resurrectionem mortuo-
rum & vitam venturi sæculi, Amen.

Cum

Ordo Sacrificij Missæ.

Cum Sacerdos se vertit dicens, Orate Fratres.

Suscipiat Dominus sacrificium de manibus tuis ad laudem & gloriam nominis sui: ad utilitatem quoque nostram, totiusque Ecclesiæ suæ sanctæ.

Alia & Usitata Ecclesiæ gratiarum actio.

Gratias agimus Domino DEO nostro, quia verè dignum & justum est, æquū & salutare, nos tibi semper & ubique gratias agere Domine Sancte, Pater omnipotens, æterne Deus, Per Christum Dominum nostrum. Per quem Majestatem tuam laudant Angeli, adorant Dominationes, tremunt Potestates, cæli cælorumque virtutes ac beata Seraphim sociâ exultatione concelebrant. Cum quibus & nostras voces ut admitti jules deprecamur, supplici confessione dicentes: Sanctus, Sanctus, Sanctus, Dominus Deus Sabaoth. Pleni sunt cæli & terra gloriâ tuâ. Hosanna in excelsis: Benedictus qui venit in nomine Domini. Hosanna in excelsis.

Ad Agnus DEI.

Agnus DEI, qui tollis peccata mundi, miserere nobis. Agnus Dei qui tollis peccata mundi, dona nobis pacem temporis, pectoris, & æternitatis. nimirū ut sit integra nobis cum proximis conjunctio, & pace fruamur cōscientiæ, perfectamque in cælis quietem, ad quam omnes aspirant Electi, te duce consequamur.

Pro pace Publica Ecclesiæ.

DA pacem Domine in diebus nostris, quia non est alius: qui pugnet pro nobis, nisi tu Deus noster. Fiat pax in virtute tua, & abundantia in turribus tuis.

Oratio.

DEUS à quo sancta desideria, recta consilia, & justa sunt opera; da servis tuis illam, quā mundus dare non potest pacem: ut & corda nostra mandatis tuis dedita, & hostium sublata formidine, tempora sint tua protectione tranquilla.

Deus auctor pacis & amator, quem nosse vivere, cui servire, regnare est: protege ab omnibus impugnationibus supplices tuos; ut qui in defensione tua confidimus, nullius hostilitatis arma timeamus, & ab omnibus, quæ nos pulsan, tentationibus liberemur. Per IESUM Christum filium tuum Dominum nostrum.

Ad ultimam Collectam.

Omnipotens æterne, misericors Deus, non equidem dignus sum propter scelera & peccata mea, qui in conspectum majestatis tuæ veniam & coram te compaream aliquid petiturus, multò mi-

nus

Ordo Sacrificij Missæ.

nus ut exaudiar, & quod peto, à te feram. Sed quia tu ex amore paterno unigenitum filium tuum constituisti mediatorem inter te & peccatores miseros, inter quos me infelicissimum agnosco: hunc tibi conciliatorem nostrum offero, magna spe ductus, quòd tua majestas, hujus respectu, me exauditura sit, propter hunc, me voti mei reddes compotem, quem tu perpetuò honoras, & cui nihil denegas. Te oro ut hoc sacrificium, hanc victimam à me peccatore misero suscipias, nec patiaris ut in expectatione mea confundar, Amen.

Deinde factò signo crucis in fronte, initium S. Evangelij secundum Ioannem recita in hunc modum.

IN principio erat Verbum, & Verbum erat apud Deum, & Deus erat Verbum. Hoc erat in principio apud Deum. Omnia per ipsum facta sunt: Et sine ipso factum est nihil, quod factum est; in ipso vita erat; & vita erat lux hominum: & lux in tenebris lucet & tenebræ eam non comprehenderunt. Fuit homo missus à Deo, cui nomen erat Ioannes. Hic venit in testimonium, ut testimonium perhiberet de lumine: ut omnes crederent per illum. Non erat ille lux: sed ut testimonium perhiberet de lumine. Erat lux vera, quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum. In mundo erat, & mundus per ipsum factus est, & mundus eum non cognovit. In propria venit, & sui eum non receperunt. Quotquot autem receperunt eum, dedit eis potestatem filios Dei fieri, his qui credunt in nomine ejus: qui non ex sanguinibus, neque ex voluntate carnis, neque ex voluntate viri, sed ex Deo nati sunt. *Et verbum caro factum est & habitavit in nobis & vidimus gloriam ejus, gloriam quasi unigeniti à Patre, plenû gratiæ & veritatis. Deo gratias.*

Precatio pia post lectas preces: aut actum Missæ Sacrificium.

Misericordissime Domine, qui nos miseros mortales non dignatus es etiam in hac horâ stare in conspectu tuo ad te glorificandum pariter ac prædicandum: condona mihi in ipso precationis hujus tempore commissa errata, sive per occupationem, sive per mentis atque cogitationis in absurda desideria inductionem, ut ne gloriatur inimicus adversum me, quòd ne in ipso quidem tempore doxologiæ, confessionis, atque synaxeos, à peccato mihi cave-
rim, Amen.

Alia post lectas preces.

VÆ mihi misero, qui Deum meum tam negligenter laudo. Ecce Dominus meus amarissimè pro me tota nocte passus nullam requiem habuit, & ego unâ horâ vigilare cum eo non possum. Adjuva me Domine Deus meus, ut valeam tibi sapienter psallere, & sem-

Exercitium quotidianum.

per placitam exhibere servitatem. Qui vivis & regnas Deus per omnia sæcula sæculorum, Amen.

Humiliavit semetipsum Dominus noster Iesus Christus factus obediens usque ad mortem, mortem autem Crucis, propter quod & Deus exaltavit illum, & dedit illi nomen, quod est super omne nomen, ut in nomine IESU omne genu flectatur cælestium, terrestrium & infernorum, & omnis lingua confiteatur, quia Dominus noster IESUS CHRISTUS in gloria est Dei Patris.

EXERCITIUM QUOTIDIANUM.

Mane experge factus dicas.

Illumina Domine, oculos meos, ne unquam obdormiam in morte, ne quando dicat inimicus meus: Prævalui adversus eum.

Dum verò surgis.

In nomine Domini nostri IESU Christi crucifixi surgo † ille me benedicat † regat † custodiat † & ad vitam æternam perducatur, Amen.

Exurgentes de cubilibus nostris auxilium gratiæ tuæ matutinis Domine precibus imploramus, ut disculis à nobis tenebris vitiorum, ambulare possimus in luce virtutum.

In hora hujus diei tuâ nos Domine reple misericordiâ, ut per totum diem exultantes in tuis laudibus delectemur.

Matutina supplicum vota, Domine propitius intuere, & occulta cordis nostri remedio tuæ clarifica pietatis, ut desideria tenebrosa non teneant, quos lux cælestis gloriæ reparavit.

In loco orationis constitutus, n̄ unius te signo Sanctæ crucis dic.

In nomine Patris, & Filij & Spiritus Sancti, Amen.

Benedicta sit Sancta & individua Trinitas, nunc & semper, & per infinita sæcula sæculorum.

Pater noster qui es in cælis sanctificetur &c.

Ave Maria gratiâ plena &c.

Credo in Deum Patrem &c.

Confiteor Deo omnipotenti &c. *ut supra.*

Misereatur nostri omnipotens Deus *ut supra.*

Indulgentiam, absolutionem, *ut supra.*

Gratiarum Actio.

Gratias ago tibi Pater Omnipotens æterne Deus; qui me ad imaginem & similitudinem tuam ex nihilo creâsti. Gratias ago tibi IESU CHRISTE, Fili Dei vivi; qui me pretioso sanguine tuo redemisti. Gratias ago tibi Sancte Spiritus; cujus gratiâ & Christianus sum & Catholicus. Ago tibi gratias, ô Sanctissima Trinitas, pro universis beneficijs tuis, mihi omnibus diebus vitæ meæ concessis: & de

nocte

Exercitium quotidianum.

nocte tam feliciter tráfacta, quòd mortuus in peccatis non fuerim, sed ad hunc diem, conservatus ut per fidem & poenitentiam & Christianæ legis opera, gratiam mihi conciliem in hoc mundo. Rogo clementissime Deus, conserva me hodie ab omni malo, ab omni scandalo, ab omni mortali peccato, ab omnibus infidijs & infestationibus dæmonum & omnium inimicorum visibilium & invisibilium. Hoc concede omnipotens Deus, intercedentibus Sanctâ Mariâ, Patronis meis NN. (*hic ponendi reliqui Patroni proprij*) Sancto Angelo custode meo, omnibusque Sanctis: Qui vivis, & regnas, unus & trinus, per omnia sæcula sæculorum, Amen.

Hymnus.

J Am Lucis orto sidere	Carnis terat superbiam
Deum precemur supplices,	Potûs cibique parcitas.
Ut in diurnis actibus,	Ut cum dies abscefferit,
Nos servet à nocentibus.	Noctemque fors reduxerit,
Lingvâ refrænans temperet;	Mundi per abstinentiam
Ne litis horror insonet;	Ipsi canamus gloriam.
Visum fovendo contegat,	DEO Patri sit gloria,
Ne vanitates hauriat.	Ejusque soli Filio,
Sint pura cordis intima,	Cum Spiritu Paraclito,
Absistat & vecordia;	Nunc & per omne sæculû A.

Dignare Domine die isto sine peccato nos custodire. Miserere nostri Domine, miserere nostri. Fiat misericordia tua Domine super nos, quemadmodû speravimus in te. *V.* Domine exaudi orationem meam: *R.* Et clamor meus ad te veniat.

Oratio.

Domine Deus omnipotens, qui ad principium hujus diei nos pervenire fecisti, tua nos hodie salva virtute: ut in hac die ad nullum declinemus peccatum, sed semper ad tuam justitiam faciendam nostra procedant eloquia, dirigantur cogitationes & opera, Per Christum Dominum nostrum, Amen.

Oratio.

Angele DEI, qui meus es custos, pietate supernâ me tibi commissû ferva, defende, governa, Amen.

Dominus nos benedicat, & ab omni malo defendat, & ad vitam perducat æternam: Et fidelium animæ per misericordiam DEI requiescant in pace, Amen.

Cum mane, meridie, & Vesperis salutationis Angelica signum datur.

Angelus Domini nuntiavit Mariæ, & concepit de Spiritu Sancto:
Ave Maria &c.

nos tam solliciti et sollicita quod moribus in peccatis non faciamus
sed ad hanc diem, conservatis ut perdidimus & penitentiam & Chri-
stianam legem operari. Et tamen mihi considerari in hoc mundo Regem
et regnum Dei, conservatis ut nos ab omni malo ab omni
lo, ab omni mortali peccato, ab omni invidiam & invidia
demonum & omnium invidiarum & invidiarum. Hoc
concede omnipotens Deus, intercedentibus Sanctis Mariæ, Pater-
nis meis N. N. (de sanctis & sanctis) Sancto Ange-
lo custode meo, omnibusque sanctis: Qui vivis & regnas, unus &
verus, per omnia secula seculorum. Amen.

Hymnus

Am lucis orto sinu
Deum precor in supernis
Et in hanc actibus
Nos servet a nocentibus
Langueat in hanc actibus
Ne hanc horrores in hanc actibus
Vultu loventis contem-
Ne vanitates hanc actibus
Sine qua cordis in hanc actibus
Amen & verborum
Igitur Domine deus in hanc actibus
In hanc actibus in hanc actibus
per hanc actibus in hanc actibus
in hanc actibus in hanc actibus

Omnia Deus omnipotens, cui ad principium hanc actibus per-
venit hanc actibus, cui nos hanc actibus virtutes: ut in hanc actibus
hanc actibus hanc actibus, sed in hanc actibus hanc actibus
nostra hanc actibus hanc actibus, hanc actibus hanc actibus & opera
Christum Deum nostrum, Amen.

Angels Dei, qui mecum in hanc actibus hanc actibus
in hanc actibus hanc actibus, Amen.
Domine nos hanc actibus & ad omni hanc actibus & ad vitam
per hanc actibus hanc actibus in hanc actibus hanc actibus Dei re-
gnum, Amen.

In hanc actibus hanc actibus hanc actibus hanc actibus
in hanc actibus hanc actibus hanc actibus hanc actibus
in hanc actibus hanc actibus hanc actibus hanc actibus

INTROITUS

P. Dominus Deus

In nomine Patris & Filii & Spiritus Sancti Amen

Confitemini Domino quoniam bonus
 Quoniam in seculum misericordia eius
 Confiteor Deo, recte placet semper Virginitate Dominice
 & omnino sanctis & tota trinitate peccatorum cogitatio
 ne locutione, opere & omnimoda suscipere vos omnes proprie
 Mittere in omnino Deum & dimittere sibi omnia peccata
 tua, licet te ad omni malo, labor & cogitatio in omni opere po-
 no & perducere ad vitam eternam, Amen
 Confiteor Deo & B. Mariæ semper Virgini & B. Dominico &
 sanctis sanctis & tibi Pater, qui peccata sine cogitatione, locu-
 tione opere, & cogitatione peccator te erant pro te
 Mittere tunc vestro omnino Deum, de dicitur vobis omnia pec-
 cata vestra, licet vobis omnino male dicitur & cogitatio in omni o-
 peratione & perducere ad vitam eternam, Amen
 Absolve totam & trinitatem omnino peccatorum vestrorum tri-
 bus vobis omnipotens & misericors Dominus, Amen
 Admittam nostrum in regnum gloriae
 Qui loci estis & certum & in regno

Daniel Archiepiscopus & Imperij
 Romani Elector Moguntinus

- 1 Via dicitur
- 2 Formæ decipiens
- 3 Pecunia fluxa
- 4 Imperium invidiosum
- 5 Bellum perniciosum
- 6 Vita iniqua
- 7 Concordia illusa
- 8 Beneficentia
- 9 Honor fictus
- 10 Sapientia sine perenni



Introitus.

INTROITUS
PP. Dominicanorum.

In nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti, Amen.

Confitemini Domino quoniam bonus:
Quoniam in sæculum misericordia ejus.

Confiteor Deo. Beatæ Mariæ semper Virgini, Beato Dominico,
& omnibus Sanctis, & vobis fratres: quia peccavi nimis cogitatione,
locutione, opere, & omissione, mea culpa: precor vos orare pro me.
Misereatur tui omnipotens Deus, & dimittat tibi omnia peccata
tua; liberet te ab omni malo, salvet & confirmet in omni opere bo-
no & perducatur ad vitam æternam, Amen.

Confiteor Deo & B. Mariæ semper Virgini & B. Dominico &
omnibus Sanctis. & tibi Pater: quia peccavi nimis cogitatione, locu-
tione, opere, & omissione, precor te orare pro me.

Misereatur vestri omnipotens Deus, & dimittat vobis omnia pec-
cata vestra, liberet vos ab omni malo, salvet, & confirmet in omni o-
pere bono, & perducatur ad vitam æternam. Amen.

Absolutionem, & remissionem omnium peccatorum vestrorum tri-
buet vobis omnipotens & misericors Dominus, Amen.

Adjutorium nostrum in nomine Domini.

Qui fecit cælum & terram. *Et ut supra.*

Daniel Archiepiscopus & Imperij
Romani Elector Moguntinus.

- 1 Vita brevis,
- 2 Forma decipiens,
- 3 Pecunia fluxa,
- 4 Imperium invitum,
- 5 Bellum Pernitiosum,

- 6 Victoria anceps,
- 7 Concordia fallax,
- 8 Senectus misera,
- 9 Mors felicitas,
- 10 Sapientia fama perennis.

Drex: Prodromi Cap. 1. folio 19.



ROSA.

V. M. (✠) I
R O S A R I U M
B E A T I S S I M Æ
D E I M A T R I S
E T V I R G I N I S
M A R I Æ.

In nomine Patris, & Filij, & Spi-
ritûs Sancti, Amen IESUS.

Salve regina, mater misericordiæ,
vita, dulcedo, & spes nostra sal-
ve. Ad te clamamus exules Filij
Evæ, ad te suspiramus gementes & flen-
tes, in hac lacrymarum valle. Eja ergo ad-
vocata nostra, illos tuos misericordes o-
culos ad nos converte, & IESUM, benedi-
ctum fructû ventris tui, nobis post hoc
exilium ostende. O clemens, ô pia, ô dul-
cis Virgo, MARIA.

ψ. Salve Maria Mater pietatis,

℞. Et Totius Trinitatis nobile tricliniû

ψ. Domine labia mea aperies.

A

℞. Et

- ψ. Et os meum annuntiabit laudē tuā.
 R. Deus in adiutorium meum intende.
 ψ. Domine ad adjuvādum me festina.
 R. Gloria Patri, & Filio, & Spiritui S.
 ψ. Sicut erat in principio, & nunc, &
 semper, & in secula seculorū, Amē.

PRIMUM MYSTERIUM.



- i. Pater noster, qui es in cælis: sancti-
 ficetur nomen tuum: adveniat regnū
 tuum: fiat voluntas tua, sicut in coelo
 & in terra. Panem nostrum quotidia-
 num da nobis hodie; & dimitte nobis
 debita nostra, sicut & nos dimittimus
 debitorib9 nostris: & ne nos inducas
 in tentationem: sed libera nos à malo,
 Amen.
- iō Ave Maria, gratia plena, dominus te-
 cum: benedicta tu in mulieribus, &
 bene.

benedictus fructus ventris tui IESUS
Christus. Sancta Maria Mater Dei,
ora pro nobis peccatoribus nunc, &
& in hora mortis nostræ, Amen.

1. Gloria Patri &c. sicut erat in prin: &c.
Missus est Gabriel à Deo ad Virginé,
& nomen Virginis Maria. Ecce concipi-
pies in utero, & paries filium, & vocabi-
tur nomen ejus Iesus. Lucæ 1.

Hoc meditando mysterium, dices Pater, & decem Ave
Maria &c. 1. Gloria Patri, ut superius est scriptum.

PRECATIUNCULA.

Humillima Virgo, quæ in Matrem Dei
electa, præ humilitate spiritûs tui, ancilla-
ri te reputasti: impetra mihi à Filio tuo
vel pauxillum tuæ humilitatis; ut ei pla-
cere valeam, Amen.

Beatæ Mariæ Virginis.

SECUNDUM MYSTERIUM.



Intravit in domū Zachariæ, & salutavit

Elizabet. Lucæ: 1.

1. Pater. 10 Ave Maria &c.

1. Gloria 1. sicut erat &c.

PRECATIUNCULA.

O Benignissima Virgo, quæ Mater effecta Dei, ad cognatā tuam Elizabeth descendere, & cum ea permanere voluisti: mihi seruo tuo adesse digneris nunc, & in hora mortis nostræ, Amen.

TERTIUM MYSTERIUM.



Peperit filium suum primogenitum, & pannis eum involvit, & reclinavit in præsepio. Lucæ 2.

1. Pater. 10. Ave Maria &c.

1. Gloria 1. sicut erat &c.

PRECATIUNCULA.

O Pudicissima Virgo, & Mater; Virgo
ante partum, Virgo ante par-

in partu; Virgo post partum. Per hanc virginelem pudicitiam te rogo, obtine mihi servo tuo, apud filium, ut superatis tentationibus inimici, puro corde, & corpore tibi servire valeam, Amen.

QUARTUM MYSTERIUM.



Postquam impleti sunt dies purgationis Mariæ: &c. Tulerunt IESUM in Ierusalem, ut sifterent eum Dño. Lucæ 2.

1. Pater 10. Ave Maria &c.

1. Gloria 1. sicut erat. &c.

PRECATIUNCULA.

O Purissima Virgo, quæ & ipsa purificari, & filium tuum, Dñum nostrum ut peccatorem voluisti: obtine mihi peccatori purificationem peccatorum meorum, & offer me Deo hostiam viventem, sanctam, & beneplacentem; ut ad Templum animæ

B

meæ

meæ venire dignetur dominator Dominus, Amen.

QVINTUM MYSTERIUM.



Invenerunt IESUM in Templo sedentē in medio Doctorum, audientem illos, & interrogantem. Lucæ 2.

i. Pater. 10 Ave Maria &c.

i. Gloria 1. sicut erat &c.

PRECATIUNCULA.

O sollicitissima Virgo, quæ filium tuū nō sine magno dolore per triduum quæsivisti, & inter doctores inventum cum gaudio recepisti: fac me ad eūdem filium tuū fructuosè & perseveranter quærendum divinitus adjuvare; ut peccatis meis perditum, invenire ejus gratiâ, merear, invento potiri, Amen.

Credo

Credo in Deum Patrem omnipotentem, Creatorem cœli & terræ. Et in IESUM Christum, Filium ejus unicū, Dominum nostrum: qui conceptus est de Spiritu sancto; natus ex Maria Virgine: passus sub Pontio Pilato: crucifixus, mortuus, & sepultus: descendit ad inferos: tertia die resurrexit à mortuis: ascendit ad cœlos; sedet ad dexterā Dei Patris omnipotentis: inde venturus est judicare vivos, & mortuos. Credo in Spiritum sanctum, sanctam Ecclesiam catholicam: Sanctorum communionem: remissionē peccatorum: carnis resurrectionem: vitam æternam, Amen.

LITANIÆ DE BEATISSIMA
VIRGINE
M A R I A.

KYrie eleyson, Christe eleyson,
Kyrie eleyson.

CHriste Audi nos, Christe exaudi nos.

Pater de cœlis Deus. miserere nobis.

Fili Redemptor mundi Deus, miserere
 Spiritus Sancte Deus, miserere nobis
 Sancta Trinitas unus Deus, miserere
 Sancta Maria, Ora pro nobis,

Sancta Dei Genitrix,
 Sancta Virgo Virginum,

Mater IESU Christi,
 Mater divinæ gratiæ,

Mater purissima,

Mater castissima,

Mater inviolata,

Mater intemerata,

Mater amabilis,

Mater admirabilis,

Mater Creatoris,

Mater Salvatoris,

Virgo prudentissima,

Virgo veneranda,

Virgo prædicanda,

Virgo potens,

Virgo clemens,

Virgo fidelis,

Speculum justitiæ,

Sedes sapientiæ,

Causa nostræ lætitiæ,

Ora pro nobis.

Ora pro nobis.

Ora pro nobis.

Vas spirituale,	}	Ora pro nobis.
Vas honorabile,		
Vas insigne devotionis,		
Rosa mystica,		
Turris Davidica,		
Turris eburnea,		
Domus aurea,		
Fœderis arca,	}	Ora pro nobis.
Ianua cœli,		
Stella matutina,		
Salus infirmorum,		
Refugium peccatorum,		
Consolatrix afflictorum,		
Auxilium Christianorum,		
Regina Angelorum,	}	Ora pro nobis.
Regina Patriarcharum,		
Regina Prophetarum,		
Regina Apostolorum,		
Regina Martyrum,		
Regina Confessorum,		
Regina Virginum.		
Regina Sanctorum omnium.		
Advocata Sacratissimi Rosarij.		
Terribilis ut castrorum acies ordinata.		
Agnus Dei qui tollis peccata mûdi. Par.		

ce nobis Domine.

Agnus Dei, qui tollis peccata mundi,
Exaudi nos Domine.

Agnus Dei, qui tollis peccata mundi,
Miserere nobis.

Kyrie eleyson, Chryste eleyson, Kyrie
eleyson.

Pater noster &c.

ψ. Et ne nos inducas in tentationem.

℞. Sed libera nos à malo.

ψ. Domine exaudi orationē meam.

℞. Et clamor meus ad te veniat.

ORATIO.

Sub tuum præfidiū confugim⁹, Sancta
Dei Genitrix, nostras deprecationes
ne despicias, in necessitatib⁹ nostris: sed
à periculis cūctis libera nos semper Vir-
go gloriosa & benedicta. Domina no-
stra, Mediatrix nostra, Advocata nostra,
tuo Filio nos concilia, tuo Filio nos cō-
menda, Tuo Filio nos repræsentā.

ψ. Ora pro nobis Sancta Dei Genitrix

℞. Vt digni efficiamur promissionibus
Christi.

Orationes ad B. V. M. II

ORATIO.

Gratiam tuam quæsumus Domine mentibus nostris infunde, ut qui Angelo nunciante Christi Filij tui Incarnationem cognovimus, per passionem ejus, & crucem ad resurrectionis gloriam perducamur. Per Christum Dñum nostrum. Amen.

ψ. Ora pro nobis B. Ioseph.

℞. Ut digni efficiamur promissionibus Christi.

ORATIO

Sanctissimæ Genitricis tuæ Spōsi quæsumus Domine meritis adjuvemur, ut quod possibilitas nostra non obtinet, ejus nobis intercessione donetur. Qui vis & regnas in secula seculorum. Amē.

COMMENDATIO AD
VIRGINEM MARIAM

Domina mea, Sancta Maria, me in tuam benedictam fidem, ac singularem custodiam, & in sinum misericordie tuæ hodie, & quotidie, & in hora exitus mei, animam meam, & corpus meum tibi commendo. Omnem spem meam, & consola-

tionem meam, omnes angustias & miseria-
rias meas; vitam, & finem vitæ meæ ti-
bi committo: ut per tuam sanctissimam
intercessionem, & per tua merita, omnia
mea dirigantur & disponantur opera, se-
cundùm tuâ, tuiq; Filij voluntatē. Amē.

ALIA ORATIO PRO FELICI MORTE

OMaria Dei Genitrix & Virgo gratio-
sa, omnium desolatorum ad te cla-
mantium consolatrix vera, per illud ma-
gnum gaudiū, quo consolata es, quan-
do cognovisti Dñum Iesum die tertia
à mortuis impassibilē resurrexisse: sis cō-
solatrix animæ meæ; & apud eundem
tuum, & Dei natum unigenitum, in die
novissimo, quando cum anima & corpo-
re ero surrecturus, & de singulis meis fa-
ctis rationem redditurus, me digneris ju-
vare, ut perpetuæ damnationis senten-
tiam, per te pia Mater, & Virgo, valeam
evadere, & cum electis Dei omnibus, ad
æterna gaudia feliciter pervenire, Amē.
v̄. Dignare me laudare te Virgo Sacrata;
R̄. Da mihi virtutem contra hostes tuos.

O R E M U S.

Protege nos famulos tuos subsidijs pacis; & Beatæ Mariæ sēper Virginis patrocinijs confidentes, à cunctis hostibus redde securos, Amen.

A L I A O R A T I O.

IN manus tuas ô Sanctissima Virgo Maria, ego indignus peccator cōmendo corpus meum & animam meam, sensus meos, & omnes actus meos, parentes & cōsanguineos, amicos, & omnes benefactores meos, vivos & defunctos, & omnes mihi recommendatos, & quibus debitor sum; Intercede pro nobis Virgo clementissima, Virgo Maria, Mater Dei inclina nunc pias aures tuas ad preces meas, & libera nos ab omni tribulatione & angustia & ab omnibus affligentibus, ac calumniantibus, ô pia Dei Genitrix Virgo Maria, ne permittas me amplius tentari quàm mea fragilitas sustinere potest. ô Domina gloriosissima ne derelinquas me in tribulatione mea, ut non corruam in conspectu aduersa-

D

riorum

riorū meorū, ne de me gaudeant inimici: sed me confortet tua gratia ad voluntatē filij tui faciendam, & ad propositum meum ipsi fideliter observandū. Ad te dulcissima & serenissima Virgo Maria petitiones meæ, & dolores cordis mei accendant; ne quæso revertatur vacua ad me deprecatio mea; sed misericordia tua præveniat & sequatur me in senectutē seniumque. O Domina præstantissima, dignissima, mitissima, Castissima, Benignissima, felicissima, pulcherrima, misericordissima Virgo Maria, ne derelinquas me in hora mortis meæ, sed ab omni malo me tunc eripias, & perducas animam meā in locum refrigerij, pacis, ubi benedicat atque laudet Iesum Christum filium tuum unā cum Patre & Spiritu sancto in secula seculorum, Amen.

ψ. Domine exaudi orationē meam.

℞. Et clamor meus ad te veniat.

ORATIO.

Quot maris guttæ sūt, & arenæ terræ, grana & gramina, toties cū Filio tuo ave sanctissima Mater Dei, gratiā plēa, dñg

tecū, benedicta tu in mulieribꝰ, & benedictus fructꝰ ventris tui Iesus Christꝰ, filius Dei vivi. Et benedicti sint Parentes tui Ioachí & Anna, ex quibꝰ sine macula nobilissima tua caro Virginea profect. o Maria Ioachí & Aña orate pro nobis peccatoribꝰ filiū, & nepotē ter maximū I. C. nūc & in hora mortis nostræ, Amé.



DOMINICA
OFFICIUM PARVUM
SANCTISSIMÆ TRINITATIS
AD MATUTINUM.

ψ. **B**enedicta sit Sancta & individua
Trinitas, nunc, & semper, & per
infinita secula seculorum, R. Amen.
ψ. Domine labia mea aperies;
R. Et os meum annuntiabit laudē tuā.
ψ. Deus in adiutorium meū intende.
ψ. Domine ad adjuvandū me festina.
ψ. Gloria Patri, & Filio, & Spiritui S.
R. Sicut erat in principio, & nūc & sē.
per, & per infinita secula seculorū, A.

*A septuagesima usq; ad Pascha loco Alleluia.
Dicitur Laus tibi Domine Rex æternæ gloriæ.*

HYMNUS.

O Lux Beata Trinitas,
Et principalis unitas.
Iam sol recedit igneus:
Intende lumen cordibus.

ANTIPHONA.

Benedicta sit Sancta creatrix, & guber-
natrix

Sanctissimæ Trinitatis. 17

natrix omnium sancta & individua Trinitas, nunc, & semper, & per infinita secula seculorum.

ψ. Benedicamus Patrem, & Filium cum sancto Spiritu: R. Laudemus & superexaltemus eum in secula.

OREMUS.

Omnipotens sempiternæ Deo, qui dedisti famulis tuis in cōfessione veræ fidei, æternæ Trinitatis gloriã agnoscere, & in potentia majestatis, adorare unitatem: quæsumus, ut ejusdem fidei firmitate, ab omnibus semper muniamur adversis. Per Dominum nostrum &c.

AD PRIMAM.

ψ. Benedicta sit sancta &c. R. Amen.

ψ. Deus in adjutorium meum &c.

R. Domine ad adjuvandum &c.

ψ. Gloria Patri & Filio &c. R. Sicut erat in principio &c. Alleluia.

H Y M N U S.

Ortus refulget lucifer,
Sparsamque lucem nunciat.

Cadit caligo noctium,
Lux sancta nos illuminet.

ANTIPHONA.

Gratias Tibi Deus, gratias tibi vera &
 una Trinitas, una & summa Deitas, sancta
 & trina unitas. *ψ.* Benedicam⁹ Patrē &c.
℞. Laudemus &c. OREMUS.

Omnipotens sempiterne Deus &c. ut supra

AD TERTIAM.

ψ. Benedicta sit sancta &c. *℞.* Amen.

ψ. Deus in adiutorium &c. *℞.* Domine
 ad adjuvandum &c. *ψ.* Gloria Patri
 &c. *℞.* Sicut erat &c. Alleluia.

HYMNUS.

Summæ Deus clementiæ,
 Mundique Factor machinæ.
 Unus potentialiter,
 Trinusque personaliter.

ANTIPHONA.

Te invocamus, te Laudamus, Te ado-
 ramus, spes nostra, honor noster, libe-
 ra nos, vivifica nos ô beata Trinitas.

ψ. Benedicamus &c. *℞.* Laudemus &c.

OREMUS.

Omnipotens sempiterne Deus &c. ut supra.

AD SEXTAM.

ψ. Benedicta sit sancta &c. *℞.* Amen.

ψ. Deus in adiutorium &c. *℞.* Domine

ad adju.

Sanctissimæ Trinitatis. 19

ad adjuvandum &c. Gloria Patri &c.
R. sicut erat &c. Alleluia, Alleluia, Al:

H Y M N U S.

Da dexteram surgentibus,

Exurgat ut mens sobria.

Flagrans, & in laudem dei,

Grates rependat debitas.

A N T I P H O N A.

Charitas Pater est, gratia Filius, Commu-
nicatio Spiritus sanctus. Verax est Pater,
veritas Filius factus. Pater, & Filius & Spi-
ritus sanctus una substantia est: o Beata
Trinitas.

ψ. Benedicamus Patrem & Filium cum
sancto Spiritu.

R. Laudemus & superexaltemus eum in
secula. OREMUS.

Omnipotens sempiterne Deus &c. ut supra.

A D N O N A M.

Benedicta &c. R. Amen, ψ. Deus in ad-
jutorium &c. ψ. Dñe ad &c. ψ. Gloria
Patri &c. sicut &c. Alleluia:

H Y M N U S.

Tu Trinitatis unitas,

Orbem potenter quæ regis.

Attende Laudis canticum,
Quod excubantes psallimus.

ANTIPHONA.

Tibi laus, tibi gloria, tibi gratiarum actio in
secula sempiterna; & benedictum no-
men gloriæ tuæ, Sanctum & laudabile,
& superexaltatum in secula o Beata
Trinitas.

ψ. Benedicamus &c. R. Laudemus &
superexaltemus, &c.

OREMUS.

Omnipotens sempiterne deus &c. Vt supra.

AD VESPERAS.

ψ. Benedicta sit &c. R. Amen,

ψ. Deus in adiutorium R. Dñe ad ad-
juvandum &c. R. Gloria, &c.

R. Sicut erat &c. Alleluia.

HYMNUS.

Te manè Laudum carmine

Te deprecemur vespere.

Te nostra supplex gloria,

Per cuncta laudet secula.

ANTIPHONA.

Te Deum Patrem ingenitum, te Filium
unigenitum, te Spiritum sanctum Para-

cletum

Sanctissimæ Trinitatis. 21

cletum, sanctam & individuum Trinitatem toto corde, et ore confitemur, laudamus atque benedicimus; tibi gloria in sæcula.

ψ. Benedicamus Patrem & filium cum sancto spiritu. R. Laudemus & superexaltemus eum in sæcula.

OREMUS

Omnipotens sempiterne Deus &c.
ut supra,

Ad COMPLETORIUM.

Benedicta sit Sancta & individua Trinitas, nunc, & semper & per infinita sæcula sæculorum, R. Amen.

VERSUS.

CONverte nos Deus salutaris Noster.
R. Et averte iram tuam à nobis

ψ. Deus in adiutorium meum intende.

R. Domine ad adjuvandum me festina.

Gloria Patri &c. sicut erat &c. Alleluia.

HYMNUS.

GLoria Tibi Trinitas
Æqualis, una Deitas:
Et ante omnia sæcula,

Officium parvum.

Et nunc & in perpetuum.

ANTIPHONA.

GLoria Patri, qui creavit nos; Gloria Filio, qui redemit nos; Gloria Spiritui Sancto, qui sanctificavit nos; Gloria summæ & individuæ Trinitati; Deo nostro, in sæcula sæculorum.

ψ. Benedicamus Patrem & Filium cū sancto Spiritu. R. Laudemus & super exaltemus eum in sæcula.

OREMUS.

Omnipotés sempiterne Deus, qui dedisti famulis tuis in cōfessione veræ fidei, æternæ Trinitatis gloriam agnoscere, & in potentia Majestatis adorare unitatem: quæsumus ut ejusdem fidei firmitate ab omnibus semper muniamur aduersis. Per Dominum nostrū &c.

COMMENDATIO.

Has horas canonicas cum devotione,
Dixi sancta Trinitas tui ratione;
Ut sis mihi præsens mortis in agone,
Et regné cum beatis cæli regione, A.

LITANIÆ DE SS.
TRINITATE.
In nomine Patris, & Filij &
Spiritus Sancti, Amen.

ANTIPHONA.

Benedicta sit Sancta & individua Tri-
nitas, nunc, & semper, & in sæcula sæ-
culorum, Amen.

Kyrie eleyson, Christe eleyson, Kyri:
Pater ex quo omnia, Miserere no:
Fili per quem omnia, Miserere nobis.
Spiritus sancte in quo omnia, misere:
Sancta & individua Trinitas unus Deus.
Incomprehensibilis Majestas, miser:
Immutabilis potentia,
Infinita Sapientia,
Inexhausta bonitas,
Imperialis dignitas,
Regalis divinitas,
Æterna veritas,
Rex Omnipotens Deus,
Qui solus es & unus Deus,
In quo vivimus, movemur & sumus.

Miserere nobis

Cujus majestate repleta est omnis terra,
 Cui soli debetur honor & gloria,
 Qui cōsolaris nos in tribulatione nostra,
 Qui facis mirabilia magna solus,
 Qui es, qui eras, & qui venturus es,
 In judicio justus & terribilis,
 Pater ingenite,
 Fili unigenite,
 Spiritu sancte ab utroq; procedens,
 O beata Trinitas unus Deus,
 Propitius esto, Parce nobis Domine.
 Propitius esto, Exaudi nos Domine.
 Ab Omni malo,
 Ab Omni peccato,
 Ab Omni infidelitate,
 A mandatorum tuorum contemptu,
 A donorum tuorum Contemptu,
 A rerum sanctarum neglectu,
 A morte perpetua,
 Per omnipotentiam tuam,
 Per sapientiam tuam,
 Per infinitam bonitatem tuam,
 Per magnam misericordiam tuam,
 Per patientiam & longanimitatē tuam,
 Peccatores, Te rogamus audi nos.

Miserere nobis.

Libera nos Domine.

Ut te

Ut te Deum verum semper & ubique
confiteri nobis dones. Te rog:

Ut te Deū unū in Trinitate venerari, &
Trinitatē in unitate adorare cōcedas.

Ut te toto corde diligere nobis largiri
digneris, Te rogamus audi nos.

Ut populum sancto tuo nomini sacratū
conservare & salvare digneris.

Errantib9, ut inviam possint redire justi-
tiæ, concedere digneris. Te rogamus

Ut omnibus fidelibus defunctis requiē
æternam donare digneris. Te rogamus

Ut nos exaudire digneris, Te rogamus

O Beata trinitas, libera nos.

O Beata Trinitas, salva nos.

O Beata Trinitas, vivifica nos.

Kyrie eleyson Christe eleyson, Kyrie:

Pater noster &c. v. & ne nos &c.

R. sed libera nos &c.

P S A L M U S.

DEus Misereatur nostri, & benedicat
nobis: * illuminet vultū suum super
nos, & misereatur nostri.

Ut cognoscamus in terra viam tuā: * in

omnibus gentibus salutare tuum.

Confiteantur tibi populi Deus: * confi-
teantur tibi populi omnes.

Lætentur & exultent gentes: * quoniam
judicas populos in æquitate, & gentes
in terra dirigis.

Confiteantur tibi populi deus, confite-
antur tibi populi omnes: * terra dedit
fructum suum.

Benedicat nos Deus, Deus noster, bene-
dicat nos Deus: * & metuant eum om-
nes fines terræ.

Gloria Patri &c. sicut erat &c.

ψ. Benedicamus Patrem & Filium cum
sancto Spiritu:

℞. Laudemus & superexaltemus eum
in sæcula.

ψ. Benedictus es Dñe in firmamēto cæli,

℞. Laudabilis & gloriosus & superexal-
tatus in sæcula.

ψ. Benedicat & custodiat nos omnipo-
tens & misericors Dñus. ℞. Amen.

ψ. Domine exaudi orationem meam,

℞. Et clamor meus ad te veniat.

Oratio

Oratio ad Patrem.

Dñe Sancte Pater omnipotēs æterne
Deus, qui coæqualē, consubstantia-
lē & coæternū tibi Filiū, ante omnia sæcu-
la, ineffabiliter genuisti: cū quo atq; Spi-
ritu factō ex te eodēq; Filio procedēte
cælū, terrā atq; omnia quæcunq; existūt,
visibilia & invisibilia mirabiliter creāsti;
Tibi gratias ago, te adoro, te laudo, te be-
nedico, teq; magnifico. Esto quæso pro-
piti9 mihi miserrimo peccatori, & ne
despicias me opus manuū tuarū; sed libe-
ra, salva & adjuva propter S. nomen tuū.

Oratio ad Filium.

Domine IESU Christe, fili Dei vivi, qui
es verus & omnipotens Deus, splen-
dor & Imago Patris, & vita æterna: cui
est unā cum æterno Patre & Spiritu factō
æqualis honor, eadēq; gloria, coæterna
majestas, una substātia. Tibi gratias ago,
te adoro, te laudo, te benedico, teq; glori-
fico: ne me quæso patiaris dānari, sed sal-
va & adjuva me, propter nomē factū tuū

Oratio ad Spiritum sanctum.

Domine, Spiritus sancte Deus, qui co-
 æqualis, consubstantialis & coæter-
 nus Patri Filioque existens, ab eo ineffa-
 biliter procedis: quique super eundem
 Dñum nostrum Iesum Christum in co-
 lumbæ specie, & supra sanctos discipu-
 los ejus in linguis igneis descendisti: tibi
 gratias ago, te adoro, te laudo, te benedi-
 co, te que glorifico. Repelle à me quæso
 tenebras totius iniquitatis, & perfidiæ, &
 accende in me lumen misericordiæ tuæ,
 & ignem sanctissimi amoris tui.

Oratio ad Sanctam Trinitatem.

Omnipotens sempiternæ De9, qui de-
 disti famulis tuis in confessione ve-
 ræ fidei, æternæ Trinitatis gloriam agno-
 scere, & in potentia majestatis, adorare
 Unitatē: quæsumus ut ejusdem fidei fir-
 mitate ab omnib9 semper muniamur ad-
 versis, Per Dominum: &c.

Benedicat nos Divina majestas & una
 Deitas, Pater & Fili9, & Spiritus fact9, A.



SECUNDA PARS
ROSARII VIRGINIS
DEI PARÆ

PARS DOLOROSA MÆSTITIÆ PLENA.

In nomine Patris & Filij & Spi-
ritûs Sancti,

Salve Regina, Mater misericordiæ &c.

ut supra.

Salve Regina, Mater pietatis &c.

Ut supra in omnibus.



PRIMUM MYSTERIUM.

Et factus in agonia prolixius orabat, &
factus est sudor ejus, sicut guttæ sangui-
nis decurrentis in terram. *Lucæ 22.*

i. Pater noster &c. 10. Ave Maria &c.

i. Gloria Patri &c.

O Mœstissime Iesu Christe qui horâ passionis tuæ adveniente orans ad Patrem præ angustia Spiritûs, sanguine sudâsti mærente angustias tuas Virgine Matre tua Maria digneris mihi servo tuo adesse in agone mortis meæ; & liberare me ab anxietate Spiritûs doloribus & pœnis inferni, ardoribus sudoribusque sempiternis, Amen.

SECUNDUM MYSTERIUM.



Apprehedit Pilat9 Iesum & flagellavit:

Ioan: 19.

1. Pater, 10. Ave Maria.

1. Gloria Patri & Filio &c.

PRECATIUNCULA,

O Dolorosissime Iesu, qui ad columnâ ligatus, & flagellis cæsus verè lan-

guores

guores nostros ipse tulisti, & dolores nostros ipse portasti, compatiēte tecum Maria matre tua; placare quæso & dimitte peccata mea: pro quibus exolvendis ita atrociter cædi & Matrem tuam dolere voluisti, Amen.

TERTIUM MYSTERIUM.



Milites plectētes coronam de spinis imposuerunt Capiti ejus. Ioannis 19.

1. Pater. 10. Ave Maria &c.

1. Gloria Patri & Filio &c.

PRECATIUNCULA.

O Contemptissime & dolētissime Iesu qui spineâ coronâ per ludibrium ut Rex coronari & Sanctum caput cōfodi passus es, tecum dolente matre tua MARIA: da mihi ut feram à mundo contēni pro te, & libera me à servitute peccati, faciasque DEO tuo regnum, Amen.



Et bajulans sibi crucē exivit in eum, qui dicitur calvariæ, locum, Ioannis 19.


1. Pater, 10. Ave maria &c.

1. Gloria Patri & Filio &c.

PRECATIUNCULA.

O Agravatissime IESU qui ipse tibi crucem ad locū calvariæ pro morte tua portāsti, vidente & præ dolore suo fere moriente Genitrice tua MARIA: aspice me ingenti peccatorum meorum pōdere prægravatum & subleva me, Amē.

QUINTUM MYSTERIUM.



1. Pater

Officium S. Spiritus 33

i. Pater, 10. Ave Maria &c.

i. Gloria Patri & Filio &c:

PRECATIUNCULA.

O Confusissime IESU, qui manibus, pedibusque ad crucem confixis, nudus duos inter Latrones ignominiosissime suspensus tota die pependisti cum magno cordis dolore matris tuæ MARIÆ: per hos omnes dolores confige tecum cruci omnia peccata mea, & libera me à confusione in die universalis tui Iudicij peccatis meis debita; & perducere digneris quò perduxisti latronem tecum crucifixum, cui paradisum donasti, Amen.

Credo in Deum &c. ut supra.

in omnibus, & Litanix.

FERIA II.

OFFICIUM PARVUM

S. SPIRITVS

AD MATUTINUM.

ψ. Spiritus sancti gratia illuminet sensus & corda nostra. R. Amen.

I

R. Dñe

34 Officium parvum.

ψ. Domine labia mea aperies,
℞. Et os meum Annūtiabit laudē tuam.
ψ. Deus in adiutorium meum intende,
℞. Domine ad adjuvandum me festina,
ψ. Gloria Patri & Filio & Spiritui sancto
℞. Sicut erat in principio, & nunc, & sē-
per, & in sæcula sæculorum, Amen.

à septuagesima usque ad pascha loco Alleluia. Dicitur
Laus tibi Domine Rex æternæ Gloriæ.

H Y M N U S.

Nobis sancti Spiritus gratia sit data,
De qua Virgo Virginū fuit obūbrata.
Cū per sanctum Angelū fuit salutata,
Verbum Caro factum est, Virgo fæcū-
data.

A N T I P H O N A.

Veni sancte Spiritus, reple tuorum cor-
da fidelium, & tui amoris in eis ignem
accende.

ψ. Emitte Spiritum tuum, & creabūtur,
℞. Et renovabis faciem terræ.

O R E M U S.

AD sit nobis quæsumus Domine vir-
tus Spiritus sancti, quæ & corda no-
stra clementer expurget, & ab omnibus
tuea.

tueatur adversis. Per Dominum nostrum
Iesum Christum.

AD PRIMAM.

Spiritus S. gratia illuminet sensus & cor-
da nostra, R. Amen.

HYMNUS.

De Maria Virgine Christus fuit natus,
Crucifixus, mortuus atque, tumulatus.
Resurgens discipulis fuit demonstratus
Et ipsis cernentibus in coelum eleva-
tus.

ANTIPHONA.

Veni Sancte Spiritus &c.

ψ. Emitte Spiritum tuum, & creabuntur
&c. R. Et renovabis, &c.

ORATIO.

Ad sit nobis quæsumus Dñe ut supra &c.

AD TERTIAM.

ψ. Spiritus S. gratia illuminet sensus &
corda nostra, R. Amen.

R. Deus in adiutorium, R. Domine &c.

ψ. Gloria, R. sicut; Alleluia.

HYMNUS.

Suum sanctum Spiritum Deus delegavit
Indie pentecostes Apostolos confortavit

36 Officiū parvū.

Et de lingvis igneis ipsos inflammavit,
Relinquere orphanos eos denegavit.

A N T I P H O N A.

Veni Sancte Spiritus, &c. *ψ*. Emitte spiritum tuum. &c.

O R A T I O.

Adsit nobis quæsumus Domine ut supra.

A D S E X T A M.

ψ. Spiritus sancti gratia illuminet sensus & corda nostra, *℞*. Amen.

ψ. Deus in Adjutorium &c. *℞*. Domine ad adjuvandum: Gloria, &c. Alleluia.

H Y M N U S.

Septiformem gratiā tunc acceptaverūt,
Quare idiomata cuncta cognoverunt.
Ad diversa climata mundi recesserunt,
Et fidem Catholicā tunc prædicaverūt.

A N T I P H O N A.

Veni S. Spiritus *ψ*. Emitte Spiritum tuum &c.

O R A T I O.

Adsit nobis quæsumus Dñe ut supra.

A D N O N A M.

ψ. Spiritus S. gratia illuminet sensus & corda nostra. *℞*. Amen.

ψ. DEUS

R. Deus in adiutorium, &c. R. Domine
&c. V. Gloria, R. sicut; &c. Alleluia.

HYMNUS.

spiritus Paraclitus fuit appellatus
Donum Dei, Caritas, fons vivificatus;
spiritualis unctio, ignis inflammatus,
septiformis gratia, charisma vocatus.

ANTIPHONA.

Veni sancte Spiritus &c.

V. Emitte spiritum tuum, & creabuntur:

R. Et renovabis, &c.

ORATIO.

Adsit nobis quæsumus Dñe &c. ut supra.

AD VESPERAS.

V. spiritus s. gratia illuminet sensus &
corda nostra, R. Amen.

V. Deus in adiutorium meum intende,

R. Domine ad adjuvandum me festina.

V. Gloria Patri &c. R. sicut erat &c. Alle:

HYMNUS.

Dextræ Dei digitus, virtus spiritalis

Nos defendat, eruat ab omnibus malis:

Ut nobis non noceat dæmon infernalis,

Protegat, & nutriat, foveat sub alis.

ANTIPHONA.

Veni S. Spiritus, &c. *ψ.* Emitte spiritum
tuum & creabuntur. *℞.* Et renovabis &c.

ORATIO.

Adsit nobis quæsumus dñe &c. ut supra.

AD COMPLETORIUM.

ψ. Spiritus sancti gratia illuminet sensus
& corda nostra, *℞.* Amen.

ψ. Convertete nos Deus salutaris noster,
℞. Et averte iram tuam á nobis.

ψ. Deus in adiutorium meum intéde;
℞. Domine ad adjuvandum me festina.

ψ. Gloria Patri: &c. *℞.* Sicut erat in prí-
cipio, & nunc & semper, &c. Alleluia.

HYMNUS.

Spiritus Paraclitus nos velit juvare,
Gressus nostros regere & illuminare,
Ut cum deus venerit omnes judicare,
Nos velit ad dexteram suam collocare.

ANTIPHONA.

Veni S. Spiritus &c. *ψ.* Emitte spiritum
tuum &c. *℞.* Et renovabis &c.

ORATIO.

Adsit nobis quæsumus dñe, &c, ut supra.

COMMENDATIO.

Has horas Canonicas cum devotione
 Tibi Sancte Spiritus pia ratione
 Dixi, ut nos visites inspiratione,
 Et vivamus jugiter cæli regione. Amé.

L I T A N I Æ

DE

S. S P I R I T V.

In Nomine Patris & Filij & Spiritûs
 sancti Amen.

ANTIPHONA.

Veni sancte Spiritus, reple tuorum cor-
 da fidelium, & tui amoris in eis ignem
 accende; qui per diversitatem linguarû
 cunctarum gentes in unitatem fidei con-
 gregasti.

KYrie eleyson: Christe eleyson Ky-
 rie eleyson.

Spiritus sancte à Patre Filióq; procedês.
 Spiritus Domini deus Isràél.

Dominator Hominum.

Replens orbem terrarum.

Habens omnem virtutem.

Omnia bona operás & omnia prospiciês.

miserere

Ornans cælos, stabilis & securus,
 Spiritus veritatis omnia suggerens,
 & distribuens.

nobis.

Spiritus sapientiæ & intellectûs,
 Spiritus consilij, fortitudinis, scientiæ
 & pietatis.

Spiritus timoris Domini & prudentiæ.
 Spiritus quo inspirante locuti sunt san-
 cti Dei homines.

Quæ ventura sunt annuntians,
 Donum & promissio Patris,
 Spiritus sancte Paraclite arguens mundû.
 Spiritus in quo dæmonia eijciuntur,
 Spiritus ex quo renascimur,
 Spiritus per quem Charitas Dei diffusa
 est in cordibus nostris.

Spiritus adoptionis filiorum Dei,
 Spiritus gratiæ & misericordiæ,
 Spiritus adjuvans infirmitatem nostrâ,
 & reddens testimonium spiritui nostro
 quòd simus Filij Dei.

Spiritus suavissimus, benignus, super mel dulcis.
 Spiritus pignus hereditatis nostræ, de-
 ducens nos in terram sanctam.

Spiritus principalis vivificans & cõfortas.

Spiri-

Spiritus salutis, iudicij, & gaudij.

Spiritus fidei, pacis, & ardoris.

Spiritus humilitatis, charitatis, & castitatis.

Spiritus benignitatis, bonitatis, longanimitatis, ac mansuetudinis.

Spiritus lenitatis, veritatis, unitatis, ac consolationis.

Spiritus compunctionis, promissionis, renovationis ac sanctificationis.

Spiritus vitæ, patientiæ, continentiæ, ac modestiæ.

Spiritus omnium gratiarum.

Propitius esto: Parce nobis Domine.

Propitius esto: Exaudi nos Domine.

A spiritu erroris.

A spiritu immundo.

A spiritu blasphemæ.

Ab omni obstinatione & desperatione.

Ab omni præsumptione & veritatis contradictione.

Ab omni malitia & prava cōsuetudine

Ab invidia fraternæ charitatis.

A finali impœnitentia.

Miserere nobis.

Libera nos Spiritus Dei vivi.

Per æternam à Patre & Filio processio-
nem tuam,

Per invisibilem unctionem tuam,

Per omnem gratiarum plenitudinem
quâ Virginem Mariam semper pos-
sedisti,

Per supereffluentem sanctitatis abyssû
quâ in conceptione Verbi Ma-
trem Dei inundare fecisti,

Per sanctam in baptismo Christi
apparitionem tuam.

Per salutarem super Apostolos ad-
ventum tuum,

Per ineffabilem bonitatem tuam, quâ
Ecclesiam gubernas, concilias Præ-
sides, Martyres corroboras, Doctores
illuminas, Religiones instituis.

Peccatores, Te rogamus audi nos.

Ut in spiritu ambulemus, & desideria
carnis non adimpleamus. Te Rog:

Ut Te nunquam contristemus. Te Rog:

Ut omnes Ecclesiasticos ordines in san-
cta religione & vero spiritu conser-
vare digneris. Te rogamus audi nos.

Ut

Libera nos Spiritus Dei vivi

Ut cuncto populo Christiano cor unum
& animam unam donare digneris.

Te rogamus audi nos.

Ut virtutum omnium complemen-
tum nobis donare digneris: Te rog:

Ut nos exaudire digneris: Te rog:

Spiritus Deus. Te rogamus audi nos.

ψ. Emitte Spiritum tuum, & creabūtur.

℞. Et renovabis faciem terræ.

HYMNUS.

Veni sancte Spiritus, & emitte cæli-
tus lucis tuæ radium:

Veni Pater pauperum, veni dator mu-
nerum, veni lumen cordium:

Cōsolator optime, dulcis hospes animæ,
dulce refrigerium:

In labore requies, in æstu temperies, in
fletu solatium:

O lux beatissima reple cordis intima tu-
orum fidelium:

Sine tuo numine nihil est in homine, ni-
hil est innoxium.

Lava quod est sordidum, riga quod est
aridum, sana quod est faucium,

Flecte quod est rigidum, fove quod est

frigidum, rege quod est devium.
Da tuis fidelib9 in te confidentibus fa-
crum septenarium,

Da virtutis meritū, da salutis exitum, da
perenne gaudium. Amen.

ψ. Spiritus Domini replevit orbem
terrarum.

℞. Et hoc quod continet omnia scien-
tiam habet vocis.

ORATIO

Actiones nostras quæsumus Domine a-
spirando præveni & adjuvando pro-
sequere; ut cuncta nostra oratio &
operatio à te semper incipiat, & per
te cœpta finiatur.

ALIA ORATIO

Vre igne sancti Spiritus renes nostros
& cor nostrum Domine, ut tibi casto
corpore serviamus, & mundo corde
placeamus

HYMNUS.

Veni creator Spiritus,
Mentes tuorum visita,
Imple supernâ gratiâ,
Quæ tu creâsti, pectora:

qui

Qui diceris paraclitus,
Altissimi Donum DEI,
Fons vivus, ignis, charitas
Et Spiritâlis unctio.
Tu septiformis munere,
Digitus Paternæ dexteræ,
Tu ritè promissum Patris,
Sermone ditans guttura.
Accende lumen sensibus,
Infunde amorem cordibus:
Infirma nostri corporis,
Virtute firmans perpeti.
Hostem repellas longiùs,
Pacémque dones protinus;
Ductore sic te prævio,
Vitemus omne noxium.
Per te sciamus da Patrem,
Noscamus atque filium;
Téque utriusque Spiritum,
Credamus omni tempore.
Deo Patri sit gloria,
Et Filio, qui à mortuis
Surrexit, ac paraclito,
In sæculorum sæcula, Amen.



TERTIA PARS ROSARII
GENITRICIS DEI MARIÆ,
EXULTATIONIS PLENA.

In nomine Patris & Filij & Spi-
ritûs Sancti.

Salve Regina Mater misericordiæ &c.
Ut supra.

Salve Regina Mater pietatis &c:
Ut supra in Omnibus.

PRIMUM MYSTERIUM.



Jesum quæritis Nazarenum Crucifixû?
Surrexit, non est hic. Marci 16.

i. Pater noster. i. Ave Maria. i. Gloria

PRECATIUNCULA.

Victoriosissime Jesu, qui sicut passio-
ne & morte tua, Matrem tuam Vir-
ginem Mariam, & omnes discipulos cõ-
tristâ-

tristâti; ita gloriola resurrectione tua
lætificâsti; da mihi, ut in alio non doleâ,
nisi quod abducit à te, nec in alio gau-
deam, nisi quod ducit ad te, Amen.

SECUNDUM MYSTERIUM.



Et Dominus quidem Iesus postquam
locutus est eis, assumptus est in coelum,
& sedet ad dexteram Dei. Marci 16.

1. Pater noster. 10 Ave M. 1 Gloria &c.

PRECATIUNCULA.

O Admirabilissime Iesu, qui occurrē-
te tibi, & deducēte te omni coelesti
curia, de hoste humani generis trium-
phaturus in coelos ascendisti, aspicien-
te te, & vidente Genitrice tuâ Virgine
MARIA; fac à Sanctis tuis occurri animæ
meæ discedenti ex hoc mundo, & de-
duci eam ad te, ut tecum de hoste ani-
mæ meæ triumphem in æternum, Am.

TERTIUM MYSTERIUM.



DUm complerentur dies Pentecostes, erant omnes pariter in eodem loco, & factus est repente de cœlo sonus tanquam advenientis spiritûs vehementis, & replevit totam domum ubi erant sedentes. Actor. 2.

i. Pater nr: 10. Ave M. 1. Gloria &c.

P R E C A T I U N C U L A.

O Amantissime Iesu, qui in Matrem tuam Virginem Mariam & discipulos, de Throno majestatis tuæ misisti Paraclitum Spiritum, mitte in nos seruos tuos ejusdem Spiritûs S. gratiam; ut Te & dilectâ Matrem tuam Mariam Virginem, post te, super omnia diligentes, de vestra consolatione semper gaudeamus. Amen.

QUAR.

QUARTUM MYSTERIUM.



Assumpta est MARIA in cælum, gaudēt
Angeli laudantes benedicunt Dñum.

Eccles: in Assumpt. B. M. V.

i. Pater noster. 10 Ave M. i Gloria &c.

PRECATIUNCULA.

O Sanctissima Virgo & Mater MA-
RIA; quæ assumpta in cælos, Filium
tuum Dñum nostrū IESUM Christū, quē
in terris genuisti, laudas in cælis; effice,
ut qui vos in Sacratissimo tuo Rosario
laudamus in terra, laudem⁹ & in cælis, A.

QUINTUM MYSTERIUM.



N

Et

Et in capite ejus Corona stellarum duodecim. Apocalip.

1. Pater noster. 10 Ave Maria. 1 Gloria.

PRECATIUNCULA.

O Gloriosissima Dña, quæ in cæli terræque Reginam evecta & coronata es in cælis à Filio tuo, respice nos de sede Majestatis tuæ cum eodem Filio tuo Domino nostro Iesu Christo, & pestem, famem, omniâque mala nobis adversantia, omnes hostes nostros visibiles & invisibiles à finibus nostris procul amove; &, obtentâ remissione peccatorum nostrorum, effice nos Mater amantissima tecum regnare in cælo per æterna sæcula, Amen.

Credo in Deũ &c. Sub tuũ præf:

Omnia ut supra & Litanix.

ORATIO.

OMARIA Dei Genitrix & Virgo gratiosa, omnium desolatorum ad te clamantiũ cõsolatrix vera, per illud magnum gaudium, quo perfusa es, quando cognovisti Dnum Iesum die tertia à mortuis impassibilem surrexisse &c.

Ut supra fol: 12. cum Litanij expressum.

FERIA



F E R I A III.

OFFICIUM PARVUM

SANCTISSIMI NOMINIS

I E S U

AD MATUTINUM

v. Sit nomen Domini benedictum in

læcula, R. Amen.

- V. Domine labia mea aperies,
 R. Et os meum annuntiabit laudem tuã
 V. Deus in adiutorium meum intende,
 R. Domine ad adjuvandum me festina
 V. Gloria Patri & Filio & Spiritui S.
 R. Sicut erat &c. Amen Alleluia.

A Septuagesima usque ad Pascha loco Alleluia dicitur.
 Laus tibi Domine Rex æternæ gloriæ.

HYMNUS.

Iesu dulcis memoria,
 Dans vera cordis gaudia:
 Sed super mel & omnia
 Ejus dulcis præsentia.

ANTIPHONA.

Humiliavit semetipsú Dominus IESUS factus obediens usque ad mortem, mortem auté Crucis, propter quod & DEUS exaltavit illum, & donavit illi nomen quod est super omne nomen; ut in nomine Iesu omne genu flectatur cælestium terrestrium & infernorum.

- V. Omnis Terra adoret Te Deus, &
 psallat Tibi:
 R. Psalmum dicat nomini tuo Dñe Iesu.

Ore.

O R E M U S.

DEUS qui gloriosissimum nomen Dñi nostri Iesu Christi Unigeniti Filij tui fecisti fidelibus tuis summæ suavitatis affectu amabile, & malignis spiritibus tremendum atque terribile; concede propitius, ut omnes qui hoc nomen Iesu devotè venerantur in terris, sanctæ consolationis dulcedinē in præfenti percipiant, & in futuro gaudium exultationis & interminabilis jubilatiōnis obtineant. Per eundem Dominum nostrum Iesum Christum Filium tuum Qui tecum vivit & regnat in unitate Spiritûs Sancti Deus per omnia sæcula sæculorum, Amen.

A D P R I M A M.

ψ. Sit nomen Dñi benedictum in sæcula. R. Amen.

ψ. Deus in adiutorium meum intende
R. Dñe ad adjuvandum me festina.

Gloria Patri & Filio & Spiritui S. sicut
&c. Alleluia

H Y M N U S.

Nil canitur suaviùs,

54 Officium parvum

Auditor nil jucundius,
Nil cogitatur dulcius,
Quàm Iesus dei Filius.

ANTIPHONA. Humiliavit semetipsū &c.

ψ. Omnis terra. Oratio,

Deus qui gloriosissimum &c. Ut supra,

AD TERTIAM.

ψ. Sit nomen Domini benedictum &c.

ψ. Deus in adiutorium meum intende:

℞. Domine ad adjuvandum me festina.

℞. Gloria Patri & Filio &c.

H Y M N U S.

Iesu spes pœnitentibus,
Quàm pius es petentibus,
Quàm bonus te quærentibus,
Sed quid invenientibus.

ANTIPHONA.

Humiliavit semetipsum &c.

ψ. Omnis terra. Oratio, Deus qui gloriosif:
&c. Ut supra.

AD SEXTAM.

ψ. Sit nomen Domini bened: &c.

Deus in adjut: Dñe ad adjuv: Glo: &c.

H Y M N U S.

Iesu dulcedo cordium,
Fons vivus, lumen mentium,

Exce.

SSmi Nominis Iesu.

55

Excedens omne gaudium,
Et omne desiderium.

ANTIPHONA.

Humiliavit semetipsum &c. *v.* Omnis ter:
Oratio, Deus qui gloriosissimum &c.

AD NONAM.

v. Sit nomen Domini bened: &c.
Deus in adjut: Dñe ad adju: Gloria &c.

HYMNUS.

NEc lingua valet dicere,
Nec litera exprimere,
Expertus potest credere,
Quid sit IESUM diligere.

ANTIPHONA.

Humiliavit semetipsum &c.
v. Omnis terra. Oratio, Deus qui glor:&c.

AD VESPERAS.

v. Sit nomen Dñi benedictum &c.
Deus in adjut: Dñe ad adjuv: Gloria &c.

HYMNUS.

IESU Rex admirabilis,
Et Triumphator nobilis,
Dulcedo ineffabilis,
Totus desiderabilis.

ANTIPHONA

Humiliavit semetipsū &c. v. omnis terra

Oratio. Deus qui glorios: &c. Ut supra

AD COMPLETORIUM.

v. Sit nomen Domini bened. R. Am. All:

v. Convertite nos Deus salutaris noster

R. Et averte iram tuam à nobis.

Deus in adjut. Dñe ad adiuv: Glo: All:

H Y M N U S

MANE nobiscum Domine,
Et nos illustra lumine,
Pulsâ mentis caligine,
Mundum replens dulcedine.

A N T I P H O N A.

Humiliavit semetipsum &c.

v. Omnis terra &c. Oratio, deus qui glo:

&c. Ut supra Alleluia.

COMMENDATIO.

HAS Horas Canonicas cû devotione
dixi ò Pie IESU tui ratione,
Ut adsis mēor mei mortis in agone
Tecum & congaudeam cæli regi-
one, Amen.

LITANIÆ

DE

NOMINE IESU

Kyrie

KYrie eleison, Christe eleison
 Kyrie eleison.
 Christe audi nos, Christe exaud:
 Pater de cælis Deus, Misere nobis.
 Fili redemptor mundi deus, mis:
 Spiritus Sancte deus, mis:
 Sancta Trinitas unus Deus, mis:

IESU Fili Dei vivi,
 Iesu potentissime,
 Iesu fortissime,
 Iesu perfectissime,
 Iesu gloriosissime,
 Iesu mirifice,
 Iesu jucundissime,
 Iesu charissime,
 Iesu clarior sole,
 Iesu pulchrior lunâ,
 Iesu splendidior stellis,
 Iesu admirabilis,
 Iesu delectabilis,
 Iesu honorabilis,
 Iesu humillime,
 Iesu pauperrime,
 Iesu mitissime,
 Iesu patientissime,

Miserere nobis.

Miserere nobis.

Iesu obedientissime,
 Iesu castissime,
 Iesu amator castitatis,
 Iesu amator pacis,
 Iesu amor noster,
 Iesu speculum vitæ,
 Iesu exemplar virtutum,
 Iesu decus morum,
 Iesu zelator animarum,
 Iesu refugium nostrum,
 Iesu pater pauperum,
 Iesu consolatio afflictorum,
 Iesu thesaurus fidelium,
 Iesu gemma pretiosa
 Iesu armarium perfectionis,
 Iesu bone pastor ovium,
 Iesu stella maris,
 Iesu lux vera,
 Iesu sapientia æterna,
 Iesu bonitas infinita,
 Iesu gaudium Angelorum,
 Iesu Rex patriarcharum,
 Iesu inspirator prophetarum,
 Iesu Magister Apostolorum,

Miserere nobis.

Miserere nobis.

de nomine Iesu.

59

Iesu Doctor Evangelistarum,

Iesu fortitudo Martyrum,

Iesu Lumen Confessorum,

Iesu sponse Virginum

Iesu corona Sanctorum omnium

Iesu decus sacratissimi Rosarii

Propitius esto: Parce nobis Iesu.

Propitius esto: Exaudi nos Iesu.

Ab omni malo, Libera nos Iesu

Ab omni peccato,

Ab ira tua,

Ab insidijs diaboli,

A peste, fame, & bello,

A transgressionem mandatorum
tuorum,

Ab incursum omnium malorum

Per incarnationem tuam,

Per adventum tuum,

Per nativitatem tuam,

Per circumcissionem tuam,

Per dolores tuos,

Per flagella tua,

Per mortem tuam,

Per resurrectionem tuam,

Per ascensionem tuam,

Miserere no:

Libera nos Iesu.

60 Quinq; psalmi in honorem

Per gaudia tua, Libera nos Iesu.

Per gloriam tuam,

Per dulcissimam Virginem Ma-
trem tuam,

Per intercessionem Omniú San-
ctorum tuorum,

Agnus Dei qui tollis peccata mundi:
Parce nobis IESU.

Agnus Dei qui toll. Exaudi nos IESU.

Agnus Dei qui toll: Misere nobis JESU.

JESU Christe audi nos: JESU Christe ex-
audi nos.

Kyrie eleisó; Christe eleisó: Kyrie eleisó.
Pater nr &c. Et ne nos inducas. &c.

R. Sed libera nos á malo.

V. Dñe exaudi Orationem meam.

R. Et clamor &c.

ORATIO.

DEUS qui gloriosissimum nomen &c.

Ut supra.

QVINQVE PSALMI

IN HONOREM NOMINIS

I E S U.

Psalmus 99.

Ubilate Deo omnis terra: servite
Domino in lætitia.

Introite in conspectu ejus: in exulta-
tione.

Scitote quoniam Dñus ipse est Deus:
ipse fecit nos & non ipsi nos.

Populus ejus & oves pascuæ ejus, in-
troite portas ejus in confessione: atria
ejus in hymnis; confitemini illi.

Laudate nomen ejus quoniam svavis est
Dominus, in æternum misericordia
ejus: & usq; in generationem & ge-
nerationem veritas ejus.

Gloria Patri &c.

Psalmus 19.

Exaudiat te Dñus in die tribulatio-
nis: protegat te nomen dei Iacob.
Mittat tibi auxilium de Sancto: & de
Sion tueatur te.

Memor sit omnis sacrificij tui: & ho-
locaustum tuum pingue fiat.

Tribuat tibi secundum cor tuum: & o-
mne consilium tuum confirmet.

Lætabimur in salutari tuo: & in nomi-

62 Quinq; psal: in honorem

ne Dei nostri magnificabimur.

Impleat Dñus omnes petitiones tuas:
nunc cognovi quoniam saluum fe-
cit Dominus Christum suum.

Exaudiet illum de cælo sancto suo: in
potentatibus salus dexteræ ejus.

Hi in curribus, & hi in equis; nos autem
in nomine dñi dei nostri invocabim9

Ipsi obligati sunt, & ceciderunt: nos au-
tem surreximus & erecti sumus.

Dñe saluum fac Regem: & exaudi nos
in die quâ invocaverimus te.

Gloria Patri & Filio &c.

Psalmus 128.

Sæpe expugnaverunt me à juven-
tute mea: dicat nunc Jsraël sæpe
expugnaverunt me à juventute mea:
etenim non potuerunt mihi.

Supra dorsú meú fabricaverút peccato-
res; prolongaverunt iniquitaté suam.

Dñus justus concidit cervices pecca-
torum: confundantur & convertan-
tur retrorsú omnes qui oderút Sion.

Fiant sicut fænum tectorum; quod, pri-
úsquam evellatur, exaruit.

De

De quo non implevit manum suam qui metit, & sinum suum qui manipulos colligit.

Et non dixerunt, qui præteribant, benedictio Domini super vos: benediximus vobis in nomine Domini.

Gloria Patri & Filio &c.

Psalms 12.

Usquequo Dñe oblivisceris me in finem? usquequo avertis faciem tuam à me?

Quamdiu ponam consilia in anima mea: dolorem in corde meo per diem?

Usquequo exaltabitur inimicus meus super me: respice & exaudi me Domine Deus meus.

Illumina oculos meos; ne unquam obdormiam in morte; ne quando dicat inimicus meus prævalui adversus eum.

Qui tribulant me, exultabunt, si motus fuero: ego autem in misericordia tua speravi.

Exultabit cor meum in salutari tuo; cā. tabo Domino qui bona tribuit mihi,

64 Quinq; psal: in honorē: N. I.

& psallam nomini Domini altissimi.
Gloria Patri & Filio &c.

Psalmus II.

Salvum me fac Dñe, quoniam defecit sanctus: quoniam diminutæ sūt veritates à filijs hominum.

Vana locuti sunt unusquisq; ad proximum suum: labia dolosa in corde & corde locuti sunt.

Disperdat Dominus universa labia dolosa: & linguam magniloquam.

Qui dixerunt, linguam nostram magnificabimus: labia nostra à nobis sunt, quis noster Dominus est?

Propter miseriam inopum & gemitum pauperum: nunc exurgam dicit Dñus.

Ponam in salutari: fiducialiter agā in eo. Eloquia Domini eloquia casta, argentū igne examinatum: probatum terræ purgatum septuplum.

Tu Domine servabis nos & custodies nos: à generatione hac in æternum.

In circuitu impij ambulat: secundū altitudinē tuā multiplicasti filios hominum.
Gloria Patri & Filio &c.

Ex júbilo S. Bernardi.

IESU dulcis memoria,
Dans vera cordis gaudia;
Sed super mel & omnia,
Ejus dulcis præsentia.

Nil canitur suavius,
Auditur nil jucundius,
Nil cogitatur dulcius,
Quàm IESUS Dei Filius.
IESU ipes pœnitentibus,
Quàm pius es petentibus!
Quàm bonus te quærentibus!
Sed quid invenientibus?

IESU dulcedo cordium,
Fons vivus, lumen mentium,
Excedens omne gaudium,
Et omne desiderium.

Nec lingua valet dicere,
Nec litera exprimere,
Expertus potest credere,
Quid sit Iesum diligere.

IESU Rex admirabilis,
Et triumphator nobilis,
Dulcedo ineffabilis,

Totus desiderabilis.

Mane nobiscum Domine,
 Et nos illustra lumine;
 Pulsâ mentis caligine,
 Mundum replens dulcedine.

Quando cor nostrum visitas,
 Tunc lucet ei veritas,
 Mundi vilescit vanitas,
 Et intus fervet charitas.

Amor IESU dulcissimus,
 Et verè suavissimus,
 Plus millies gratissimus,
 Quàm dicere sufficimus.

Hoc probat ejus passio,
 Hoc sanguinis effusio,
 Per quam nobis redemptio,
 Datur & dei visio.

Deum omnes agnoscite,
 Amorem ejus poscite,
 JESUM ardentè quærite,
 Quærendo inardescite.

Sic amantem diligite,
 Amoris vicem reddite,
 In hunc odorem currite,
 Et vota votis reddite.

JESU author clementiæ,
Totius spes lætitiæ,
Dulcoris fons & gratiæ,
Veræ cordis deliciæ.
JESU mi bone, sentiam
Amoris tui copiam!
Da mihi, per præsentiam
Tuam videre gloriam.
Cùm dignè loqui nequeam,
De te tamen ne fileam,
Amor facit ut audeam,
Cum de te solùm gaudeam.
Tua Jesu dilectio,
Grata mentis refectio,
Replens sine fastidio,
Dans famem desiderio.
Qui te gustant, esuriunt;
Qui bibunt, adhuc sitiunt;
Desiderare nesciunt,
Nisi Jesum quem diligunt.
Quem tuus amor ebriat,
Novit quid Iesus sapiat:
Quàm felix est quem satiat,
Non est ultra quod cupiat.
Iesu decus Angelicum,

In aure dulce canticum,
 In ore mel mirificum,
 In corde nectar cælicum.

Desidero te millies,
 Mi JESU quando venies!
 Me lætum quando facies,
 Me de te quando faties.

Amor tuus continuus,
 Mihi langvor assiduus,
 Mihi fructus mellifluus
 Est, & vitæ perpetuus.

O Jesu mi dulcissime,
 Spes suspirantis animæ,
 Te quærunt piæ lacrymæ,
 Te clamor mentis intimæ.

Quocunque loco fuero,
 Mecum Iesum desidero:
 Quàm lætus cum invenero,
 Quàm felix cum tenuero.

Jam, quod quæsiui, video;
 Quod concupivi, teneo.
 Amore Iesu langveo,
 Et corde totus ardeo.

Iesus cum sic diligitur,
 Hic amor non extingvitur,